ronibus impetravit conventum prope sanctuarium Genestanum B. Mariae Virginis tunc refectum, cuius etiam parochus est renuntiatus. Praedicationis officio, caritati in pauperes, 386, et praesertim infirmorum curae addictissimus, ataxiae febris epidemia grassante morbo affectus placidissime obiit. Eius fama late invaluit et, causa beatificationis instructa, 387, et heroicis virtutibus, signis ac miraculis probatis, 388, venerabilis servus Dei in Beatorum numerum adscriptus, 389.

Belmont (S. Michaëlis ad) coenobium Congregationis Anglo-Benedictinae, indulgentiae de Portiuncula privilegio ditatur, II 168.

Benedictini congregationis Brasilianae: eis concreditur territorium *Rio Branco* ab Abbe B. M. V. de Monteserrato administrandum, qui erit verus Abbas nullius, V 138: iisque perpetuo servabitur certum territorium ad ripam dexteram eiusdem fluminis, 140. *Benedictinus Ordo*: praecipue Solesmensis Congregationis, a B. P. munus accipit melodias Gregorianas ad pristinam traditionem revocandi, I 243, v. *Gasquet*.

— *Abbaes eius universi* epistolam accipiunt, qua B. P. eos hortatur ut Gerardum van Caloen in Brasilianarum gentium apostolatum adiuvent, neve prohibeant eos qui eidem adiungi ve- lint, II 248.

Benedictus (S.): de studiis in eum reverentibus et hypogeo Casinensi miris artis operibus ornato laetatur B. P., II 13.

Beneficia: quae ea attingunt spectant ad S. Congr. Concilii, IV 151.

Bernard Alexius Xistus, episc. S. Hyacinthi, epistolam accipit qua B. P. ob gratulationes et petrianam stipem sacerdotii L Sui redeunte anno oblata gratias agit, et Canadensem populum Sedi Apostolicae coniunctissimum laudat, V 316.

Bernardum Mariam, Ordinis Minorum

Capuccinorum, B. P. litteras Menelick, Aethiopiae Imperatoris, atque insignia vulgo « Stella d'Etiopia » afferentem, B. P. alloquitur: de eiusdem imperatoris in catholicam missionem favore laetatur, IV 265, et bene de religione in Aethiopia propaganda Sibi promittit, 266.

Bernasconi Antonius Maria, sacerdos, de Actorum Gregorii XIII editione persoluta laudatur, I 400, gratiasque accipit ob praestitam Apostolicae Sedi operam, et Venetorum gloriae domesticae monumenta comparata, 401.

Berrio Ochoa Valentinus (Ven.), episc. Centuriensis; in dioecesi Victoriensi in Cantabria natus, et in Ordinem Praedicatorum adlectus, in Philippinas primum insulas, in Tunquinum dein missus, Tunquini centralis vicarius apostolicus renuntiatus, in horrido antro delitescens pro viribus ministerio suo fungebatur: cum Petro Almatò apprehensus, ligneo collari oneratus, fidem constantissime profitetur, et cum eodem et Hieronymo Hermosilla capite plectitur, III 92, v. *Tunquinenses martyres*.

Biagiotti Sostheneus, prior ecclesiae a S. Clemente Servorum, ob eam ecclesiam in pristinum decus restitutam laudatur, V 290.

Biblica Commissio a Leone XIII in Urbe instituta, I 176, academicos gradus Prolytae et Doctoris in sacra Scriptura conferendi potestate donatur, 177.

Bibliotheca biblica in singulis Seminariis efformanda, studiosis divinarum Literarum patens, III 76.

Bibliothecae Vaticanae aditus, post novendialia Pontificis defuncti visitatoribus patere poterit, III 316; is tamen claudatur, si quis illa potiri conetur, 318.

Billiart Iulia (Ven.), orta die 12 Jul. 1751 in pago *Cuvilly* dioecesis Bellovacensis, a parentibus mercatura victum queritantibus pietate et laboris amore educata, III 62, pueriles nugas despe-

xit, et iam septennis idonea habita est quae doctrinam christianam aequales doceret. Novennis ad S. Communio-nem admissa, xiv annum agens ca-stitatis voto se obstrinxit, et oratio-nis ac doctrinae christianae rudibus tradendae studio claruit, 63; diurna et gravi paralysi afflita, lectulum suum omnium virtutum cathedralm effecit, et in rerum omnium in Gal-liis eversione ad necem quae-sita, vix evasit, 64. Ambiani ad lectulum suum aliquot piis pueris convocatis, su-audentibus Patribus a Fide, societatis ad christianam puellarum educatio-nem fundamenta iecit, 65, quam, mirabiliter a paralysi sanata, Congregationem Sororum beatae Mariae Virginis nuncupavit. Compluribus dif-ficultatibus superatis, et a Gallia exce-dere coacta, 66, Namurci in Belgium cum alumnis suis se contulit, ubi Con-gregationi magna contulit incrementa; ac diuturni morbi dolores aequissimo animo perpessa, spiritum Deo reddidit die 7 aprilis 1816, 67. Miraculis post mortem claruit, virtutum exempla omne fere vitae genus imitanda re-linquent. Heroicitate virtutum 68, et miraculis probatis, 69, Ven. Dei fa-mula in Beatarum numerum refer-tur, 70.

Blin Mariam Lud. Franciscam B. Iuliae Billiart in erigenda Societate Sororum beatae Mariae Virginis ad christianam puellarum educationem sociam, III 65, eique in regimine successorem, me-morat B. P., 67.

Body Ignatius, O. P., praeses consocia-tionis a *Rosario perpetuo*, epistolam accipit qua B. P. consociationi ipsi gratulatur anniversarium L ab eius initio celebranti, et commentarium menstruum « *Couronne de Marie* » ab eodem Body curatum laudat, V 276.

Bohemiae episcopi et fideles invitantur ad Bonifacianam Societatem pro prae-servatione Fidei Germanorum apud acatholicos incolentium pro viribus fovendam, I 251.

Boliviana Respublica: controversias in-ter eam et Brasiliam et Peruviam iudicio virorum coetus submissas esse, cuius praeses fuerit Nuntius Aposto-licus, gaudet B. P., II 67.

Bona ecclesiastica: eorum regimen de competentia est Congr. Concilii, IV 151.

Bonaventura (S.), alter Scholasticorum princeps laudatur, I 235, ob eius Opera nove edita Sibique oblata B. P. gratias agit, Collegiumque sub eius nomine ad Aquas Claras exstructum laudat, 236.

Bonaventura a Barcinone (Ven.), laicus Ordinis Minorum, eximium inscruta-bilis divinae Providentiae exemplum exstitit, III 120. Prope Barcinonem ab agricolis natus, et Michaël Baptista Gran appellatus, scholas per breve tem-pus celebravit, et custodiendo gregi ad-dictus, devotione erga Ss̄mam Virgi-nem, innocentia, pudicitia et obedientia floruit. Invitus a patre ad nuptias compulsus, 121, cum uxore virginitatis florem servavit; eaque paucos post menses demortua, S. Francisci habi-tum impetravit, et in tirocinio pau-peritatis, simplicitatis et obedientiae studio omnibus exemplar fuit, 122. Sa-cris votis renuntiatis, et virtutum om-nium exercitio et miraculorum gratia insignis, 123, Romam adeundi veniam impetratus, non sine Dei praesenti auxilio Genuam appulsus est; inde pedes Lauretum, Assisium, et aliam Urbem petiit, ubi, conventus S. Isidori constitutus ianitor, 124, brevi tum intra tum extra claustra miro sancti-tatis odore claruit. Propositum condendi recessus strictius observandae regulae S. Francisci, ab Alexandro VII probatum, primum Ponticellii in Sa-bina, ubi munus Superioris ex obe-dientia piissime exercuit, 125, dein Montorii, et Variae, et demum in ipsa Urbe apud Caesarum palatium execu-tus est, 126, aliquando moderatoris et praepositi, aliquando ianitoris, coqui, olitoris munera, semper laeto animo

exercens. Omnibus in Urbe, tum ex populo tum etiam ex praesulibus, et Romanis Pontificibus carus fuit, Patris Assisiensis indolem referens, 127. Febri correptus, mortis die praenuntiata, pie obiit in Domino, et magna veneratione in ipso sacro recessu conditus est. Causa beatificationis introducta a Pio VI, et duobus cprobatis miraculis anno 1905, 128, decretum prodiit *de Tuto*, 129, et Ven. Servus Dei inter Beatorum numerum refertur, 130.

Bonifaciana societas ad Germanorum catholicorum inter acatholicos incolentium fidem praeservandam quinquaginta abhinc annos et amplius iam instituta laudatur, I 250, commendatur episcopis et fidelibus Austriae et Bohemiae, ubi etiam adlaborare contendit, 251, et invitatur ad curam suscipiendam eorum qui italici sermonis expertes in Italia degunt, 252.

Bonnensis studiorum universitas: theologicae facultati in ea exsistenti conceditur ius conferendi gradus academicos, eiusque facultatis decano item ius deferendi in graduum collatione rubrum biretum, II 22.

Bononiensis conventus Democraticorum Christianorum autonomorum reprobatur et Catholicis interdictitur, II 55.

Bonorum possessio et usus ad ecclesiasticam doctrinam reducenda, I 8.

Borussiae episcopi v. Kopp.

Boschi card. Iulius, archiep. Ferrarensis, ceterique Aemiliana regionis episcopi, qui Bononiae simul conveniebant, epistolam accipiunt qua B. P. dolet eos Romam convenire prohibitos esse, et testatur Se ob eorum communes litteras pietatis et officii plenas gavismus esse, V 240, praecipue ob curam quam promittunt se impensuros in servandis iis quae ad fidem et mores servandos, atque iuuentam sacram educendam ab Apostolica Sede praescripta fuere, 241.

Botucatuensis dioecesis in Brasilia erigitur, territorio e S. Pauli dioecesi

excerpto, V 246; eius describuntur limites, 250; sedes episcopal in civitate *Botucatu* ponitur et cathedralē constituitur templum S. Patrono dicatum, 254, eaque fidelium liberalitati commendatur, 255; quae Capitulo cathedrali, 256, ac Seminario minori instruatur, 257, et novae archidioecesi S. Pauli sit obnoxia, 259.

Bourne Franciscus, archiep. Westmonasteriensis, ceterique Angliae episcopi, laudantur ob eorum in Summum Pontificem observantiam, et ob studium Propaganda Fidei quo eminent eorum populus, I 49; - idem epistolam accipit qua B. P., memoriae revocans bona merita cardinalium archiepiscoporum eius predecessorum in scholae catholicae defensionem, eum laudat de sollertia in praesenti scholae eiusdem discrimen, II 174, fidelesque omnes, praesertim qui libris diariisque scribindis operam navant, hortatur ut, ceteris discriminis caussis sepositis, simul etiam cum acatholicis qui iuventam religiose instituendam contendent, sub ductu episcoporum, in incoepia defensione perseverent et proficiant; simulque probat eos omnes qui hucusque ad id operam strenue navarunt, 175.

Brasiliana Republica: controversias inter eam, Peruviam et Boliviam iudicio virorum coetus submissas esse, cuius praeses fuerit Nuntius Apostolicus, gaudet B. P., II 67; - eius hierarchia a Leone XIII restituta, III 103, et novarum dioecesum erectione aucta, 104 (V 244), per constitutionem duarum novarum archidioecesum complementum accipit, 104; - peregrinos ex ea alloquitur B. P., qui gratias agens de omnibus et precibus occasione quinquagesimi sacerdotii Sui natalis Sibi exhibitis, illos hortatur ut fidem acceptam vivam servent, operibus ostendant, IV 280, sese obsequentes erga ecclesiasticam et civilem auctoritatem praebeant; ad invicem caritatem utantur, atque unusquisque sua sorte

- contentus, a socialismo, radicalismo sese abstineant, 281; v. *Belemensis, Caloen, Campaniensis, Monteserrato, Nictheroyensis, Pauli.*
- Breve apostolicum*: expeditio Brevium fit per officium a Secretaria Status pendens, IV 159.
- Brunensem Episcopum* B. P. alloquitur, v. *Moraviae peregrinos.*
- Bruyère Caecilia*, antistita monasterii Solesmensis a S. Caecilia, grati animi sensus accipit ob Missale et librum « La vie spirituelle et l'oraison » ab ipsa conscriptum, B. P. muneri data, I 255.
- Bucceroni Ianuarius*, S. I., doctor decurialis theologiae morali tradendae in athenaeo gregoriano; ei ob volumina *Institutionum moralium* ab eo edita, et Sibi ob memoriam sacerdotalis consecrationis Suae oblata, quae ad usum ministerii sacri perutilia dicit, epistola gratias agit B. P., V 155.
- « *Buena Prensa* » societas in Hispania ad bona scripta edenda et vulganda probatur, II 147.
- Bulla Crucifixa* omnino abrogatur in Italia, III 193.
- Burgense provinciale Concilium* probatur, II 144.
- Burguburn* doctor, praeses coetus conventui LII catholicorum Germaniae Argentorati apparando, epistolam accipit, qua B. P. huiusmodi conventus maxime laudat, probat ordinem rerum disceptandarum, II 155, maxime cum hae observantia Sedi Apostolicae et mutua caritate innitantur, 156.
- Caebuana archidioecesis* cedit insulas Marianas, in praefecturam apostolicam erigendas, III 206.
- Caeciliiana Societas* in Germania ad sacras functiones religiose peragendas constituta laudatur, I 88.
- Caeremonialis S. Congregatio*: eius iura integra servantur, IV 155, 227; moderatur caeremonias in sacello aulaque Pontificali et functiones a Cardinalibus peragendas; dirimit quæstiones de praecedentia tum Cardinalium, tum Legatorum, 155.
- Caeremoniarum magistri* non plures quam sex Conclave ingrediantur, III 259, Conclavis claves custodiunt, 261, schedulas ad scrutinium praeparant, 268, et plicatas distribuunt, 274: dein a capella recedunt, 275: post recognitionem schedarum adiuvant scrutatores, eas comburentes, 280: - eorum praefectus coram Camerario iuramentum emittit, quod a conclavistis accipere poterit, si ad hoc delegetur, 260.
- Caesaraugustanae archidioecesi* subditur paroecia « Pradilla » Iacensi dioecesi subtracta, I 34.
- Caetus catholicorum efformandi* in Polonia, II 202.
- Cajamarca (de) dioecesis* in Peruvia certis e dioecesi de Truxillo dismembratis provinciis constituitur, V 209, eique civitas Cajamarca civitas episcopalis et templum S. Catharinae Virg. et Mart. ecclesia cathedralis assignantur, 210; eaque iisdem redditibus a Republica ditabitur ac dioecesis Puniensis; Capitulo Cathedrali, 211 et Seminario instruetur, 212 et metropolitanae ecclesiae Limanae obnoxia erit, 213.
- Calaritani Seminarii* doctores collegati et magistri epistolam accipiunt, qua B. P. laetatur ob communes eorum litteras, quibus observatiam erga Apostolicam Sedem, et studium a modernistarum erroribus sinceros et incolumes alumnos Sacrorum praestandi profitentur, V 143.
- Callegari Josephus*, episcopus Patavinus, S. R. E. Cardinalis creatur, I 60: - eum galero ornandum alloquitur B. P., I 423, memoriae revocans affectum qua eum diocesani eius prosequuntur, nec non studium quo Ipse dioecesim prosequitur in qua sacerdotio insignitus fuit, 424.
- Caloen (van) Gerardus*: abbates Benedictini Ordinis universos hortatur B. P. ut eum in Brasiliae gentium apostolatu adiuvent, II 248.

Calon P. praesidi et consilio generali societatis Vincentianae Parisiis, gratulatur B. P. eo quod societas ipsa, malis temporum ex christiana caritate occurrens, in dies augeatur; eos horatatur ut coepitis insistant, V 11, eisque auxilium divinum adprecatur, 12.

Camassei Philippus, archiep. Naxiensis, patriarcha Hierosolymitanus creatur, III 228: - litteras apostolicas accipit, qua B. P. Suam in Ordinem a S. Sepulchro benevolentiam commemorans, V 35, Ordinis insigni militare tropaeum adiungendum concedit; patriarchae Hierosolymitano, Ordinis locum tenenti, confirmat ius, Suo nomine, nominandorum equitum: hosque in tres classes distribuit, Equitum a magna cruce, Commendatorum, Equitum, 36: eos qui vicem Patriarchae gerant, peculiari Cruce rubra decorat, atque illi qui hoc Romae praestet, vacante Hierosolymitana Sede, negotia urgentia Ordinis expedienda commitit, 37.

Camera Apostolica: munus et praeses quae sint, IV 158; munia ut antea retinet, salva Constit. *Sapienti consilio*, 230.

Camera Spoliorum: eius administratio Congr. de Propaganda Fide constitutit, IV 153, 225.

Camerarius S. R. E., vacante Sede apostolica, manet in munere; quod si obierit, post triduum a morte, III 247, in Congregatione generali eligatur, qui munus exerceat quamdiu Sedes apostolica vacaverit, 248. Idem partem habeat in Congregatione particulari, 243, incumbat administrationi bonorum ac iurium temporalium ipsius S. Sedis, et, demortuo Pontifice, statim apostolici Palatii possessionem capiat, Pontificis mortem iure recognoscat, et authenticum eius actum conficiat, 248; auditis Cardinalibus ordinum Capitibus, de conservatione corporis Pontificis disponat, privatis eius aedibus sigilla apponat, et Cardinalem Vicarium in Urbe certiorem faciat de obitu

Pontificis, 249; civiles vel municipales auctoritates quae eum alloqui velint, ante Conclave, in particulari loco quo accedatur per musaeorum viam recipiat, nisi actum potestatis se facturos declarent, 317: litteris ad coetum diplomaticum datis protestationem emittat, si quis musaeorum vel bibliotecae potiri, vel excubias armis exuere et italicas ponere conetur, 319: victui pro Cardinalibus procurando invigilet, 321, iudicet, una cum Capitibus Ordinum, de tertio inservienti Cardinalibus infirmis concedendo, 256, et de numero et qualitate conclavistarum certis Cardinalibus non addictorum, 259: recipit iuramenta Caeremoniarum Praefecti, et S. Collegii Secretarii, 260, et, Conclavi clauso et clavibus acceptis, scrutatur ne quis extra ordinem intus remanserit, 261.

Cameron (*Praefectura apostolica de*), piae Societatis Missionis curis concreta, in vicariatum apostolicum erigitur, II 3.

Campaniensis dioecesis, in Brasilia certis paroeciis a dioecesi Pouso Alegre dismembratis, V 100, creatur, certisque limitibus circumscribitur, urbe *Campaña* in civitatem episcopalem, 101, et ecclesiam S. Antonii in cathedralem constitutis; eaque nova dioecesis fidelibus caritati commendatur, 102, et Capitulo ac Seminario quamprimum ditanda, 103, subiicitur archidiocesi Mariannensi, 104.

Campinensis dioecesis in Brasilia erigitur, territorio e S. Pauli dioecesi exscerto, V 246; eius describuntur limites, 251, sedes episcopal is in civitate *Campinas* ponitur, et cathedralē constituitur templum S. Patrono dicatum, 254, eaque fidelium liberalitati commendatur, 255; Capitulo cathedrali, 256, et Seminario minori instruatur, 257, atque novae archidiocesi S. Pauli obnoxia sit, 259.

Campistron Lucianus, episc. Annecensis, epistolam accipit qua B. P., gratias agens ob oblata volumina operum

- S. Francisci Salesii, a Salesianis monialibus edita, eiusdem Sancti texit laudem, eius spiritum ministris Sacrorum perutilem edicens, II 1.
- Canada*, quoad dependentiam a Ss. Congregationibus, deducitur ad ius commune, IV 153, v. *Principe Alberto, Temiskamingue*.
- Canadenses episcopi et populus v. Bégin, Bernard*.
- Cancellaria apostolica*: praeses, officium, unicus Bullas expediendi modus declarantur; has subscriptant Protontarii apostolici, suppressis Abbreviatoribus, IV 157 sq.; earumque formula reformatur, 229.
- Canonicas leges* plures et varie collectas, I 220, in codicem redigendas curabit Commissio Cardinalium, ipso Pontifice praesidente, cum adsistentia Consultorum a Pontifice eligendorum, et totius episcopatus, 221.
- Canonici* obtentis privilegiis quoad usum Pontificalium stricte insistant, II 47; - quae ad ipsos spectant sunt de competentia Congr. Concilii, IV 151.
- Cantores* pietate et probitate vitae eminent, et ordinarie, dum cantant, clericalem habitum induant, I 83; - congruis dotibus revera sint praediti et superato idoneitatis periculo probati, IV 133.
- Cantus*: - *Gregorianus* debito honore restituendus, I 73; ut cantus proprius Romanae Ecclesiae et exemplar perfectum musices sacrae, est in populis denuo vulgandus, 79; in Seminariis et collegiis clericorum excolendus, 86. Societales Coloniensis, 88, et Lugdunensis ad eum vulgandum laudantur, 240: eius melodiae liturgicae ad pristinam traditionem, a monachis Benedictinis, Solesmensibus praesertim, redditae, 243, 284, et a Romana Commissione ad hoc instituta, 243, dein a S. Rit. Congr. et a Sede Apostolica probatae, typis Vaticanis edentur, 244; quae editio typica habeatur, IV 131, neque ab ullo reimprimi poterit, nisi servatis peculiaribus normis et legibus, 127 et sqq., quarum art. II et IV ampliori donantur explicatione, 132.
- *in vulgari lingua* intra solemnes liturgicas functiones prohibentur, I 81.
- *polyphonicus* in Ecclesia fovendus, I 79.
- Capellaniae seu pensiones* pro alumnis Collegii Pii-Latini-Americanorum, episcoporum sumptibus instituendac, II 63.
- Capitulum*: erectio ad Congr. Consistoriale pertinet, IV 149.
- Cappello Aloisius, S. I.*, moderator Collegii Pii-Latini-Americanorum, epistolam accipit, qua B. P. benevolentiam pandit qua Collegium ipsum prosequitur, et probat coniunctionem animorum inter praesentes et veteres alumnos per ephemeredes servari, I 264.
- Captivitati abolendas Societas*, occasione tertii conventus proxime Tarenti habendi, ob finem optime intentum laudatur, I 414.
- Capulatorum Ordo v. Agathangelus, Cassianus*.
- Cardinales S. R. E.*, redeuntibus festis Nativitatis Dni anni MCMVII fausta ad precantes, alloquitur B. P., memoriae revocans lectiones non verbis sed rebus a Christo, unico omnium temporum Servatore, I 426, de paupertatis et doloris amore, de auxilio a Deo Ecclesiae praebito, de perfecta divinae voluntati oboedientia, 427, de huius mundi caecitate et errore, de simplicitate ad Deum videndum necessaria praebitas, 428, eosque hortans ut a divino Infantil impetrent effusionem gratiae in omnibus, 429: - item eos alloquitur vota occasione festi S. Iosephi Sibi offerentes, ob quae gratias agit, eosque hortatur ut a S. Iosepho impetrent virtutem ad praesentium temporum certamina superanda: memorat episcopatus cum Sede apostolica coniunctissimam unionem, 433, sed luget leges gallicas Religiosis familiis infensas, quas puerorum institutione arcent, 424, et episcopales litteras incriminatas: confidit tamen divino auxilio tribulationem hanc brevi trans-

ituram, 435: - nullo inferiores praefato, privilegio donantur crucem pectoralem deferendi, etiam si episcopali ordinatione non sint insigniti, II 99: - omnes, iisque soli, III 252, etiam Concilio universalis durante, eligendi Summum Pontificem munus habent, et ab eo non arceantur, 253, nec censuris innodati, nec qui galero nondum ornati fuerint, nec ii quibus os clausum vel apertum nondum sit, sed tantum qui legitime depositi fuerint vel renuntiaverint, et qui diaconatus Ordine non polleant, 254: item omnes, iuramento emiso de Sedis apostolicae praescriptionibus et iuribus pro viribus tuendis et de secreto servando, 244, 245, Conclave adire tenentur, sed ultra decem dies non exspectentur, et Cardinales sine legitima causa Conclave ingredi renuentes, vel ex eo receudentes, non amplius admittantur, 255, et qui in ipso Conclavi scrutinium adire detrectent, excommunicatione latae sententiae mulcentur, 256; in Conclavi duobus utantur inservientibus, clericis vel laicis, 257; se ipsos eligere nequeant, 368: conventicula de electione Pontificis, alio vivente, non faciant, 282, neque partitiones aliasve obligationes contrahant, 283, neque capitula conficiant, in Pontificatu deinde observanda, 284: electionem anticipare queunt, si hoc necessarium maiori praesentium parti videtur, 296, aliasque omnes praescriptions de clausura aliquis omittere, si secus comitiorum tempus longius protrahi oporteat: et de loco et tempore electionis decernunt, 297, sed Cardinales congregati debent uno superare medietatem Cardinalium pro tempore existentium, saltem initio Conclavis, 298, et si extra Curiam electio conficiatur, ante hanc spondeant sese omni ope nisiuros ut Sedes apostolica Romam restituatur, 302: - incitantur ad electionem cito perficiendam ne Petri navis pastore diu destituatur, 303; hac vacante, ab omni

communicatione cum civili italica auctoritate abstineant, privato more vestiant et munera dignitatis suaे haud publice obeant, 315: - noviter electi constitutionem Pii Pp. X *Vacante Sede Apostolica* servandam iurejurando promittant, III 287; - v. *Cardinalium s. Collegium, Conclave, Scrutinium, Camerarius, Poenitentiarius, Decanus s. Collegii, Vicecancellarius, Prodatarius, Secretarius Brevium, Secretarius Status, Vicarius Urbis.*

— *Capita ordinum*, vacante Sede Apostolica, usque ad triduum post ingressum in Conclave partem habent in Congregatione particulari, III 243, Cardinalis Camerarii vel Poenitentiarii maioris defuncti loco sufficiendi electioni praesident, Camerarium adstitunt in levioribus negotiis pertractandis, 248: per se, vel deputatos, mandata expendunt a Pontificis eleemosynario impendenda, 250: iudicant, una cum Camerario, de tertio inserviente Cardinalibus infirmis concedendo, 256, de numero et qualitate conclaveistarum certis Cardinalibus non addictorum, 259, et post clausum Conclave scrutant ne quis ex iis qui prohibeantur, intus remanserit, 261: - si Conclave habendum sit extra Italianam, coetum diplomaticum certiore ficiant, et invitent ut S. Collegium sequatur, 321.

Cardinalis in Urbe Vicarius v. Vicarius.

Cardinalis Praefectus Palatii v. Palatii.

Cardinalis ultimus diaconus in Conclavi sorte extrahit Scrutatores, Infirmarys et Recognitores, III 272, et capellae portas claudit post exitum caeremoniarum magistrorum et quandocunque soli Cardinales ibi manere debent, 275.

Cardinalium sacrum Collegium, Sede apostolica vacante, nullam habet potestatem aut iurisdictionem; iura Sedis apostolicae pro viribus tuerit, III 241, leges quascumque ab apostolica Sede

latas, praecipue de electione Summi Pontificis, immutare non audeat, sed tantum interpretari dubiaque solvere, quod ei proprium est, necnon urgentibus negotiis subvenire, 242: eius *Congregationes*, vacante Sede apostolica habendae, describuntur, tum particulares ad minora negotia, 243, utpote significatio decessus ad gubernia omnia quae a Pontifice defuncto recognita fuerunt, 320, tum generales ad maiora negotia, 243, tum praeparatoria, quotidie ante Conclave habendae, in quibus, lectis Sedis apostolicae decretis de indicatione Conclavis, omnia disponantur quae ad locum et tempus eiusdem ineundi, 244, ad peragendas Pontificis exsequias, ad relationes cum civilibus regiminibus eorumque Legatis, ad conclavistarum selectum pertinent, 246, perlegantur documenta a Pontifice sacro Collegio relicta et Piscatoris annulus frangatur, 247.

Caritas, in erroribus repellendis necessaria, I 12; a iustitia distingueda, 120; grave imponit onus pauperes sublevandi, 121, quod tamen ab his vindicari nequit, 120: quomodo a dogmate immaculatae Conceptionis excitetur, 160.

Carmelitides Compendienses (*Ven.*), victimae regiminis terroris in Gallia, saeculo XVIII exeunte, Ecclesiam martyrii splendore illustrarunt, III 110: singularum nomina et vita praevia describitur, 111; e coenobio Compendiensi expulsae, in exigua domus concesserunt et religiosam vitam ibi pergere continuarunt: in carcerem detruxae et simul congregatae, monasterium pro carcere habuerunt. Mox Parisios traductae, in itinere gravissime excruciantur, 114, sancta laetitia dies Ordinis festos celebrant, et devotionis erga Ssrum Cor Iesu accusatae, sanctos canticos concinentes, ad supplicium ducuntur, 115. Beatificationis causa introducta et martyrio rite probato, 116, in Beatarum numerum referuntur, 117.

Carnes et ius a carne extractum vel carnes cum omnibus quae ab ea originem ducunt, quibus diebus prohibeantur in Italia, III 190.

Caroli (S.) do Pinhal dioecesis in Brasilia erigitur, territorio e dioecesi S. Pauli excerpto, V 246, eius describuntur limites, 252, sedes episcopalnis in civitate homonyma ponitur et cathedralē constituitur templum S. Patrono dicatum, 254, eaque fidelium liberalitate commendatur, 255, Capitulo cathedrali, 256, et Seminario minori instruatur, 257, et novae archidiocesi S. Pauli sit obnoxia, 259.

Casacca Rodulphus, sacerdos, sodalis Augustinianus, v. *Maiocchi*.

Cassetta card. Franciscus de Paula, episcopus Sabinensium, Sodalitatis a S. Hieronymo sacris Evangeliorum libris vulgantis patronus, epistolam accipit qua Sodalitatiseiusdem mirum, iucundum, frugiferum opus membrorumque sollertia iam antea perspecta et explorata B. P. laudat, IV 23; sodales tamen hortatur ut duplicatis viribus, diligentia ac studio, se operi addicere pergant, 24; ex quo, praeter cetera, et hoc manifestum erit, Ecclesiam Scripturis Sacris vernacula lingua legendis non repugnare; suadet tamen ut Evangeliorum et Apostolorum Actuum editione pro nunc sint contenti, 25.

Cassianus Nannetensis (*Ven.*), in saeculo Consalvus van Lopez Netto, puer iam virtutibus addictus, I 363, in Capulatorum Ordinem cooptatus et, sacerdotio insignitus, a pestilentiae morbo convalescens, in Africa mittitur, ibique invento Agathangelo Vendomensi, 364, cum eo varias peragrarunt regiones, et in Aethiopia comprehensi, catholicam fidem fortiter confessi, 365, pro ea suffocati et lapidibus obruti gloriosum martyrium subiere. Miraculis post mortem claruere, et instruxta causa beatificationis et rite probato martyrio, 366, Beatorum numero adscribuntur, 367.

Cassinense hypogaeum miris artis operibus exornandum, gaudet B. P., II 13.

Castañeda Franciscus (Ven.), in dioecesi Valentina ortus, et Ordinem Praedicatorum amplexus, in Sinis prius, dein in Tunquino apostolicum munus obiit; comprehensus et in arundineam caveam detrusus, III 89, una cum Vincentio Liem a Pace, capite plectitur, 90, v. *Tunquinenses martyres*.

Castrifraci ecclesia paroecialis, in qua B. P. sacerdotium initiv, V 281, fit Archipresbyteralis Abbatialis, ita ut abbas, subiectus tantum Ordinario loci, ab apostolica Sede nominetur, certo habito praelatitio uti possit, canonicos singulos praecedat, oratorio privato frui, 282, Pontificalia sub certis conditionibus exercere, 283, in synodalibus processionibus et in solemnioribus functionibus mitram gestare, et linteamina sacra benedicere queat, 284.

Catechesis christiana v. *Doctrina christiana*.

Catechismo (*Opus a*) in Gallia existens laudatur, I 101.

Catechistarum munus explicatur, II 77; idque maxime faciendum, 78.

Catholica Consociatio in Gallia existens laudatur, I 101, v. *Lerolle*.

Catholicae consociationes in Italia adhaerere debent alteri coetui Operis Conventuum Catholicorum, I 217.

Catholicismum hodiernum: propositio quae docet eum cum vera scientia componi non posse, damnatur, V 84.

Cavallari Aristides, patriarcha Venetiarum, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 28; eumque, occasione bireti impositionis, B. P. laudat, 267.

Cazares et Martinez Ioannes Maria, episc. Zamorensis in America septentrionali, epistolam accipit qua B. P. conventum agricolarum rationibus propisciendis, eo auctore proxime habendum, laudat, III 140.

Celsi et Iuliani (Ss.) de Urbe paroecia et Capitulum transferuntur ad S. Ioannis Florentinorum, III 209.

Cessatio operum e condicto in Polonia improbabatur, II 202.

Champlain (de) Samuel: eum urbis Quebeci initia fundato templo consecrasse, viros apostolicos ex Gallia accivisse, qui multitudinem indigenarum divinis imbuerent praceptis, et viros malae vitae in coloniam venire non sivisse, laudans memorat B. P., V 199.

Chapelier Iosephus, antistes urbanus, praeses totius Operis a S. Francisco Salesio ad fidem ab haeresi tuendam, epistolam accipit, qua B. P. idem Opus laudat ob optima proposita, et Catholicis commendat, I 266.

Chicagiensis archidioecesis, nimis extensa, V 311, certos comitatus cedit novae efformandae dioecesi Rockfordensi, 312: - societas fidei catholicae dilatandae, in ea existens, v. *Quingley*.

Christus Dominus fons omnium gratiarum, I 154: per eum tantum a corruptione morum salus, 202: in praesepio omnium virtutum, praecipue paupertatis, humilitatis, in Deum fiduciae, obedientiae, 427, simplicitatis exemplar exstitit, 428.

Chronologiae biblicae studium commendatur in Seminariis quae gradus academicos conferendi ius habent, III 75.

Chrysostomi (S.) Ioannis ab obitu sollemnia saecularia v. *Vannutelli, Orientales*.

Cistercienses reformati seu strictioris observantiae laudantur a B. P. ob salutares fructus Ecclesiae partos ab unione trium Trappistarum familiarium a Leone XIII inducta, quam confirmat, II 101; ad precationes et poenitentiam pro animarum salute excitantur; eorumque superiores monentur ne alumnos facilius admittant, ne rectam studiorum rationem negligisint, 102, ne bonis, quae decem milium libellarum valorem attingant, liberius utantur, ne visitationes canonicas perfunctorie agant, ne negotia in Curia Romana pertractanda curent nisi de mandato Abbatis generalis

- per Procuratorem generalem, 103: - eorum coenobium in pago *Cobreces* canonice erigitur, V 337.
- Civitis cultus* reipublicae a christiano nomine ortum duxit, II 115: eique non obsistit Ecclesia, V 108.
- Civilis potestas*, cum ecclesiastica concordiam fovere debet ad bonum reipublicae, II 116: - in eam obsequium et fidelitas Polonis consulitur, I 201.
- Civitatis ab Ecclesia separatio* reprobaratur, tum quia iniuriam Deo importat, civilis etiam consortii institutori, tum quia subintelligit bonum ultimum hominum in huius vitae felicitate haberri, III 26, tum ex eo quod subiectum in quo et civitas et Ecclesia potestatem exercet unus est, et civitas quae in religione non fundetur consistere nequeat; eaque a Romanis Pontificibus, praecipue a Leone XIII, damnata iam est, 27: - lex eam sanciens in Gallia damnatur, III 35, 47.
- Civitatis ordinum relationes* invicem ad christianum morem reducendae, I 8.
- Clarae (S.) Coenobium Neapolitanum* Fratrum Minorum reformatur, et immediatae ministri generalis iurisdictioni submittitur, V 114, qui *guardianum* ei praeficiat, sodales monasterio necessarios ex omnis Italiae provinciis convocet, et visitationem ineat: coenobii sodales perfectam vitae communitatem inter se instituant, pecuniā syndico Apostolico tradant et divinum officium in choro recitent, 115.
- Clavarensse templum Cathedrale basilicae minoris titulo decoratur*, I 402, v. *Mariae (B.) Virg. ab Horto*.
- Clemente (Ecclesia a S.) Servorum*, prima in universo Orbe immaculatae Conceptioni B. Mariae Virg. Senis dicata, V 289, structura, artis operibus, Servitarum patrum fastis insignis, et ad pristinam formam decusque cura Sosthenei Biagiotti Prioris restitutam, occasione L natalis ab inito sacerdotio Prioris eiusdem, ad basilicae minoris gradum evexitur, 290.
- Clerici* caute ad Ordines sacros promoto, I 9, ut docet Gregorius Magnus, 208; eorumque institutio iuxta Tridentinas leges quantum conferat ad clerum virtutibus et sacris profanisque disciplinis ornandum, II 93, quae episcopis Polonis commendatur, 203; - nomines dantes consociationi *Lega democratica nazionale* incapacitate ad Ordines multantur, III 173; - alienae dioecesis vel etiam tonsura non initiati, in seminariis non admittantur, nisi secretis litteris ab episcopo oratoris proprio constiterit, eos a seminario suo expulsos non fuisse; et si forte expulsi bona fide iam admissi fuerint, re cognita, dimittantur, II 259:
- Sacris in aliquo religioso Instituto iniciati, si antea a seminario dioecesano dimissi fuerint, eo nullimode redeant, II 259; - causae criminales quae eos respiciant, reservantur notariis sacerdotibus, IV 163.
 - *exteri* Romam studiorum causa missi de licentia suorum Ordinariorum, in suae nationis collegiis degant, iisque deficientibus, in aliquo ex ceteris collegiis ecclesiasticis aut seminariis, I 260.
 - *itali* Romae studiis ne incumbant, nisi in seminariis degant, I 259, et licentiam suorum Ordinariorum habeant, 260, neque sacerdotio admittantur nisi iv expleto Theologiae anno, et iii commemorationis in Seminario, 261.
- Clericus Cameræ*, una cum Notario Cameræ Apostolicae Protonotarii munere fungente, vacante Sede Apostolica, acta conscribat, III 321.
- Clerus*, pietatem et mores a S. Gregorio Magno docetur, I 206: - operibus quae sub nomine veniunt actionis catholicae non se dedat, nisi de venia Ordinarii, II, 130: - eius substantatio in concordatu Gallico pacta, II 188, sed a Republica saepe saepius non praebita, 191: - eum e legitimis possessionibus exturbatum fuisse in Aequatoriana Republica, dolet B. P., 96.
- *catholicus*: eum in quinquagesimo sacerdotii sui natali B. P. exhort-

tatur. - Homines sacri Ordinis omnino dignos esse vocatione sua, hoc, iam ab inito Pontificatu, B. P. occupat, IV 237; conqueritur non omnes se ita probavisse, anxiaque caritate iter commostrare vult ut unusquisque vere sit *homo Dei* atque iustae Ecclesiae expectationi respondeat, 238. Hoc erit ab illis in quinquagesimo sacerdotii Sui natali pulcherrimum acceptissimumque donum. Ad vitae sanctimoniam clerus excitatur, qui animadvertisat quemcumque sacerdotio potiri, eo non sibi tantum, sed aliis potiri, 239. Sint sacerdotes lux mundi et sal terrae, dictis non modo sed factis: pro Christo legatione funguntur, 240, Christi persona ergo est ipsis gerenda, in ipsis est sentiendum quod et in Christo Iesu. Quam non postulat sanctitatem praecellentissimi sacrificii celebatio?, 241. Hac de re sunt instituta Seminaria, diuturnisque intervallis et sedulis hortationibus candidati ad sacros Ordines promoventur, 242. Patres et Doctores omnes, sacerdotum dignitatem exaltant, 243, maximamque ab illis etiam in minimis sanctitatem exigunt. Quae vero sanctitas non in eo est omnino collocanda, ut sacerdos sese aliorum utilitatibus totum impendat, sed etiam et in primis in virtutibus illis colendis, 244, humilitate, obedientia, abstinentia, quarum Christus in Evangelio nobis fuit magister et exemplar, 245. Tunc tantum sacerdotes, ut Christus, pertransibunt beneficiendo et sanando omnes, memores ipsos esse operarios quos Christus exiit conducere in vineam suam, 246. Sanctitas una nos efficit, quales vocatio divina exposcit, homines mundo crucifixos et quibus mundus sit crucifixus, 247. Necesse tamen est ut voluntas subsidio gratiae a Deo roboretur, quod assequitur studium orandi; vere enim novit recte vivere qui recte novit orare, sicut crebra hortatione assiduisque exemplis nobis Christus firmius persuasit, 248. Tota vita no-

stra nos incitat ut coram Domino plorremus et exoremus; neque nostra tantum causa, sed et aliorum, est nobis apud Christum instandum. Ex hoc fluit ut certum aliquod spatium quotidie aeternarum rerum meditationi concedatur, quam sine gravi animae detimento sacerdos praetermittere non potest, 249. Frequentior enim sacerdotalium munera tractatio, quotidiana consuetudo in medio nationis pravae versandi, ipsum caritatis exercitium quod periculis non caret, omnino nobis suadent, 250, ut adversus illecebras mens et voluntas aeternorum contemplatione obfirmentur. Quam lacrimabilis vita sacerdotum qui divinorum meditationem vel parvi pendunt vel plane fastidiunt, qui non verentur impensam meditando vel precando operam quasi perditam arbitrari, 251. Cum his omnibus coniungenda sacerdoti est piorum librorum, eorum in primis qui divinitus inspirati sunt, assidua lectio, cuius saluberrimam efficacitatem omnes intelligent exemplaque insignia declarant, 254. Sed, contra, sunt homines e clero qui piis divinisque libris longe alios omne genus atque ephemericum turbam praeoptent, ea quidem scatentia errore ac lue. Fructuosum item erit eis frequenter apud se animum explorare, 256, a conscientia rationem exigere de cogitationis, de dictis, de factis, simul ad odium et fugam mali atque ad studium boni se excitare, 257. Postremo Pontifex sacerdotes hortatur ut sanctum eorum officium meditentur, quanto sint donati honore, qua non mediocri virtute nunc temporis illis opus sit, 259. Floreat in illis castimonia, vigeat reverentia et obedientia erga episcopos et praesertim in apostolicam Sedem, excellat caritas, 260, tristitia non succumbant propter contumelias et calumnias. Instaurato et aucto in clero spiritu gratiae sacerdotalis, proposita ad cetera instauranda efficacius

valebunt. Commendat proinde etiam exercitia, quae vocant, spiritualia, 261, et adstrictiorem quamdam sacerdotum inter se coniunctionem, quo possint facilius digne ambulare vocatione qua vocati sunt, 262. Supplex B. P. Deum exorat ut ex dilecti Filii Sui Corde divitias gratiae, caritatis, virtutis omnis universum in clerum largiatur. Grati animi denique refert sensus de votis Sibi in quinquagesimo sacerdotii Sui natali oblatis, 263.

Coblenz v. Expeditionibus.

« Cobreces » coenobium Ordinis Cisterciensium Reformatorum, abbatii et religiosis monasterii B. M. V. de Deserto in dioecesi Tolosana, e Galliis deturbatis, cum adnexa schola agriculturae tradendae, a Bernaldo de Quiro exstratum, V 337, canonice erigitur, 338.

Coetus: - *Fidei in Urbe praeservandas*, etiam post Const. Sapienti consilio, immutatus manet, IV 159.

- *historico-liturgicus* coniungitur Congregationi Rituum, item *liturgicus, sacri concentus*, IV 155.

- *studii provehendis historiae et studiis provehendis Sacrae Scripturae* permanent in statu quo ante Constit. Sapienti consilio, IV 159.

Collegia ecclesiastica v. Seminaria.

Collegiata v. Capitulum.

Collegium (s.) Cardinalium (v.).

Coloniense Capitulum, eo quod ad B. P. ossium Ss. Regum particulam, sacerdotalis Eius iubilaei occasione, misericordia, gratias accipit, V 315.

Coloniensis dioecesis locum Wackelbeckerfeld cedit dioecesi Monastrensi, II 89. - v. *Fischer*.

Columbianae Reipublicae episcopi v. *Herrera Restrepo*.

Comi Hieronymus, praepositus infulatus abbas ad S. Ambrosii maioris Mediolani, V 203, ob constitutam massam capitularem ad Capitulum restitendum laudatur, 204.

Commentarium officiale actorum S. Sedis instituitur, IV 144; v. *Promulgandi*.

Commer Ernestus, antistes Urbanus, doctor decurialis theologiae tradendae in Lyceo magno Vindobonensi, epistolam accipit, qua B. P. illum egregie de religione et de doctrina meritum esse edicit, quippe qui Hermanni Schell errores disceptando reiecerit, IV 33 sq.

Commissio: - *Cardinalitia ad festa paranda* pro L anniversario ab immaculatae Conceptionis dogmate proclamato confirmatur, I 29.

- *historico-liturgica* apud S. Rituum Congr. instituta, Commissioni melodiis Gregorianis restituendis operam dabit ad difficultates ex textuum differentia solvendas, I 244.

- *musices sacrae* in singulis dioecesibus instituenda, I 85.

- *Pontificia Cardinalium* ad redendum codicem legum canonicarum constituitur, I 221.

- *Romana Gregorianis melodiis ad pristinum decus restituendis*, Congregationis Solesmensis opus reviset, I 243, cum Commissione historico-liturgica difficultates ex textu exsurgentibus componet, 244: nomina eorum qui sunt de gremio, necnon Consultorum Commissionis eiusdem, 246.

Communio v. Eucharistia.

Compendienses Carmelitides v. Carmelitides.

Conan Julianus, archiep. Portus Principis, ceterique episcopi provinciae ecclesiasticae Haitianae, epistolam accipiunt, qua B. P. eis gratulatur primum episcopalem conventum post constitutam hierarchiam habitum, quo caritas erga Romanum Pontificatum, et studium apostolici munera vehe- mentius exarserunt, III 138.

Conceptio Immaculata B. Mariae Virg.: confirmatur Commissio cardinalitia ad paranda festa pro quinquagesimo anniversario a dogmatis proclamatione, I 29, oratio in eius honorem indulgentia ditatur, 31; item pia exercitia in eius honorem per annum praecedentem idem anniversarium, 92:

- qua iucunditate a christiano populo eius definitio accepta fuerit, 147, et quae bona Ecclesiae peperit quaeque portendantur, 149, cum directe rationalismum, materialismum, 159, et anarchismum impugnet, fidem, spem, caritatem in Deum et proximum excitantendo, 160: - conceditur in eius honorem indulgentia ad instar Iubilaei, 162: - documenta ad eius definitionem spectantia in lucem edi probat, 319, et edita laudat B. P., II 15; sicut et conventus Mariales in eius honorem habendos tum Barcinone, I 391, tum Romae, 394: consecrationem eidem totius nationis Belgarum, II 5, et iuventutis Croaticae, 7.
- ecclesia S. Clementis Servorum ei Senis dicata, basilica minor renuntiatur, IV 200.
- Concilia*: eorum celebratio et recognitio pertinet ad Congr. Concilii, IV 151.
- Concilia Nicaenum, Ephesinum et Chalcedonense*: propositio quae docet ea non tradidisse doctrinam de Christo quam Jesus docuit sed quam conscientia christiana concepit, damnatur, V 80.
- Concilii S. Congregatio*: ei moderanda tribuitur disciplina praeceptorum Ecclesiae et committitur cleris saecularis, IV 151; eius competentia explicatur, 151, 223; eique reservatur tractatio disciplinalis causarum, et unitur Congr. Lauretana, 152; administratorum maiorum et minorum numerus et munus describitur, 222.
- Concilium*, etiam universale, ipso Summi Pontificis obitu, suspensum censemur, III 253.
- *plenarium Americae Latinae* quae de collegio Pio-Latino-Americanico postulaverit, enumerat B. P., II 60.
- *Tridentinum*: propositio quae docet ipsum erronee verba «Quorum remiseritis etc.» Poenitentiae sacramento applicasse, damnatur, V 82.
- Concionatores* Communionis frequentis, imo quotidiana, usum propagare niantur, II 255.

Conclave: quae ad ipsum inchoandum, III 245, et ad ipsius expensas probandas, et cellas sorte distribuendas, pertinent, a congregationibus Cardinalium praeparatoriis statuentur, 247: quae autem ad conclavistarum, aliorumque inservientium delectum, et ad constructionem, clausuram et cellarum dispositionem a specialibus Commissionibus, 246: in Conclave ingressuri Cardinales, Missae a Cardinali Decano ad S. Petri celebratae adsistant, in fine cuius Oratio «de eligendo Pontifice» habeatur, 259, ab aliquo viro ecclesiastico, in praeparatoriis Congregationibus ad hoc delegato, 246; ingressusque fiat processionaliter, incedentibus sub Cruce Cardinalibus Episcopis, Presbyteris et Diaconis usque ad capellam, ubi dispositiones Pontificiae de Conclavi iterum legantur, et singuli Cardinales ad cellas assignatas pergant, 260; eadem tamen die Praelati Pontificiae domui praefecti, Marescalli Conclavis, ceterorumque quibus Conclavis custodia conceditur iuramento adsistant, 261. - Conclave claudatur, eiusque clausura stricte servetur, sub poena expulsionis, vel privationis ab omni iure, gradu, officio vel beneficio, incurrena. Colloquia cum Cardinalibus et conclavistis, coram Conclavis custodes semper habeantur, et epistolae vel scripta, etiam typis edita, illis non tradantur, 262, vel ab illis non mittantur, nisi inspecta fuerint a Secretario S. Collegii et a Conclavis custodibus: secretum perpetuo servetur ab omnibus et cum omnibus etiam a Cardinalibus cum conclavistis, in iis quae scrutinia vel Congregationes respiquent, 263, et etiam post electum Pontificem, 264.

Conclavistae duo, laici vel clerici, singulis Cardinalibus concedantur, infirmis tertius adiungi potest, qui praeflati, aut consanguinei vel affines in primo aut secundo gradu, vel eiusdem Ordinis religiosi esse nequeunt,

III 256, quae omnia a peculiari Commissione Cardinalium in praeparatoriis Congregationibus electa, urgeantur, 246. Conclavistae ante Conclave iusuardum emittant de secreto servando, 257, et, si infirmitatis causa a Conclavi discedant, denuo ibidem non admittantur sed alii eorum loco sufficientantur; item, eorum Cardinali defuncto, alii adhaerere nequeunt, sed statim a Conclavi exeant, 258: insuper habeantur Sacrista S. Palatii Apostolici cum uno vel pluribus clericis coadiutoribus, Magistri caeremoniarum non plus quam sex, S. Collegii Secretarius, unus Religiosus ad confessiones excipendas, duo medici, unus chirurgus, unus aromatarius cum uno vel duobus inservientibus, aliqui necessarii ad utilitatem et commoditatem Conclavis, 259.

— *clericis postremi Conclavis*: nominatim indicantur, I 106: privilegio Oratorii privati, in casu infirmitatis valetudinis, 104, et conclavistae Cardinalium in Italia commorantium, etiam pensione annua, et gratuita beneficiorum provisione donantur, 103.

« *Concordatum* » inter Sedem Apostolicam et Rempublicam Gallicam initum, II 185, ab illa servatum fuisse, 188, ab hac violatum ostendit B. P., 189, v. *Gallicae Reipublicae*.

Concordia inter fideles maximopere curanda, utpote ad hostes religionis opugnandos necessaria, III 228.

Condoniensis dioecesis, initio saeculi xix extinctae, titulus adiungitur archidiocesi Auxitanae, V 279.

Conferentiae Episcoporum: sunt de competentiis Congr. Concilii, IV 151.

Confessarii: quotidianam Communionem lis qui in statu gratiae sunt et rectamente accedant non denegent, eiusque usum propagare nitantur, II 255.

Confirmationis sacramentum suscepturi pueri peculiariter edoceantur, II 81: — a sacerdotibus Ruthenis in America commorantibus invalide confertur, V 61. — *Propositio* quae docet illud

primis Ecclesiae temporibus a Baptismo non fuisse distinctum, damnatur, V 81.

Congregationes Romanae (S.): reformatio, IV 146; omnia graviora prius Summo Pontifici significanda; sententiae approbatione pontificia indigent, 160; administratorum duplex coetus; moderatio secretariae; congressus; liber rerum notabilium, 183; electio maiorum officialium; minorum administratorum, 184; nominationis expeditio; deservientium nominatio; munia non cumulanda in uno, 185; iusiundum praestandum, 186; horae et disciplinae officiorum, 186 sqq.; feriae, 188; stipendum certum et incertum; provisiones de praesentibus officialibus, 190; de modo adeundi S. Sedis officia cum iisque agendi pro privatibus, 194; pro Ordinariis, 195; dispositiones temporaneae, 197; ambitus competentiae, 198 sqq.; de iis quae plenae congregationi reservantur aut congressui tribuuntur, 200; de rebus gratiae, 201; de causis ordinis disciplinam et administrationem spectantibus, 202; de diebus plenariae congregationis, 203; quomodo procedendum in propositione causae, 204; Consultorum coetus, 204 sq.; de relatione Summo Pontifici agenda; munus variorum administratorum generatim, 206.

— *Sede Apostolica vacante*, nihil possunt in iis, quae expedienda sunt *Sermo auditio*, vel vigore specialium facultatum, sed tantum facultatibus ordinariis gaudent; in rebus tamen maioris momenti gratiae differantur quoad novus Pontifex eligatur, secus a S. Collegio res committatur Praefecto et aliis Cardinalibus eius Congregationis, qui provisorie statuant, III 251: — *Propositio* quae docet earum decisionem parvipendentes ab omni culpa esse immunes, damnatur, V 77.

Congregationes super disciplina regulari, disciplinae religiosorum Ordinum inviolate in Italia servandae et Romano Pontifici iis suggestis quae ad ipsam

in toto Orbe servandam pertinerent, ab Innocentio XII instituta, et *de statu Regularium Ordinum* ad disciplinam Ordinum religiosorum per universam Ecclesiam novis instaurandam decretis, II 137, ab Innocentio fundata et a Pio IX restituta, 136, abolentur, earumque provincia Congregationi Episcoporum et Regularium moderanda concreditur, 137.

Consiliarii Superiorum generalium Institutorum vota simplicia emitteant singulis quaestionebus relationis triennalis et ipsi respondeant, III 154, et si quid aliud S. Sedi deferre putent, secretis litteris deferant, 155.

Consistorialis S. Congregatio: ei reservatur electio Episcoporum, IV 149; eius provincia, 149 sq., 214 sqq.; solvit dubia de competentia SS. CC.; Praesidis, Sociorum ex officio, administrorum et consultorum numerus et munus describitur, 214.

Consistorium habitum die 9 nov. 1903, in quo primum B. P. Cardinales allocuturus, declarat rationem Sui Pontificatus eandem esse quae Decessorum ratio fuit, id est omnia in Christo instaurare, I 54 sq., et primum quidem magisterio et paeconio veritatis sive quoad vitam privatam sive quoad publicam, quare Pontifex etiam politica curare debet, I 57 sq. De veritate et libertate, de progressu scientiarum et fidei. Inimicos amplexari declarat, 59; supplet postremo Collegium Patrum Purpuratorum duobus in eodem adlectis amplissimis viris Raphaële Merry del Val, archiep. Nicaeno ac Pro-Secretario Status, et Iosepho Callegari, episcopo Patavinorum, I 60.

— habitum die 14 nov. 1904: in eo B. P. luget bellum Russo-Japonicum, II 184, et queritur de iniuriis in Religionem et apostolicam Sedium a Gallica Republica innectis et de huius infidelitate pactis conventionibus, 185; proponit canonizationem Bb. Alexandri Sauli et Gerardi Maiella, 193, et confirmat patriarcham Arme-

num Paulum Petrum XII Sabbaghian, 195.

— die 21 febr. 1906, in quo lex in Gallia sancita de seiungenda civitate ab Ecclesia, III 44, utpote in eum animi obnoxia, pactorum fidem urbanitatemque ipsam violans, ecclesiasticae hierarchiae ignara, 45, antistitum liberam iurisdictionem, populi liberam religionis professionem prohibens, ecclesiasticum patrimonium diripiens, 46, damnatur et reprobatur; et religiosae familiae exsilio multatae, episcopi et clerus in tribulatione positi, fideles universi oppressi incitantur ne fracto demissove sint animo, eisque divinam et Sedis apostolicae adsistentiam non defuturam promittitur, 47.

— die 6 decembris 1906, in quo B. P., acerbitudinem temporum commemorans, Ecclesiam naviculae quae in medio mari operiebatur fluctibus comparat; confidit tamen in praesenti Christi auxilio; et solatium accipit ex mirabili concordia episcoporum inter se et cum Sede apostolica coniunctione, III 227, quam etiam, utpote necessariam ad Religionis hostibus obsistentium, fidelibus imitandam proponit: et Camassei Philippum, archiepiscopum Naxiensem, patriarcham Hierosolymitanum constituit, 228.

— die 15 aprilis 1907, in quo memorat Christum non tantum in victoriae laetitia sed et in labore certaminis praecessisse, ut, non verbis solum sed et exemplo significaret quas aerumnas et tribulationes perppersa esset Ecclesia. Et revera B. P. vehementer angitetur asperioribus in dies conditionibus, quibus Galliarum Ecclesia utitur, IV 26: pactis et conventis rescissis, bonis per vim erexit, veteribus gloriis repudiatis, columnis et cavillationibus, inimici Ecclesiae religionem penitus evellere student. Gratias tamen Deo agit, quod mirabilis extiterit Antistitum concordia, cleri et fidelium cum apostolica Sede coniunctio, unde

laetiora sperantur, 27. Tandem cardinalium Collegio cooptantur eximii viri Aristides Cavallari, patriarcha Venetiarum, Gregorius Maria Aguirre y Garcia, archiep. Burgensis, Aristides Rinaldini, archiep. tit. Heracliensis, nuntius apostolicus in Hispania, Benedictus Lorenzelli, archiep. Lucanus, Petrus Maffi, archiep. Pisanus, Alexander Lualdi, archiep. Panormitanus, Desideratus Mercier, archiep. Mechliniensis, 28.

— die 16 decembris 1907, in quo B.P. dum, ut Christus Dominus praenuntiavit, Ecclesiam ubique omnibusque modis oppugnari conspicit, IV 120, gravissimum prae omnibus malum animadvertisit, quoddam scilicet studium rerum novarum, disciplinae omnis ac potestatis et fidei Ecclesiae impatiens, 121. Frustra decreto « Lamentabili », Litteris Encyclicis « Pascendi » voluit errantes animas ad correptionem revocare: quod iterum vehementer ex animo optat, 122. Postremo, iteratam resignationem Iosephi Sebastiani Neto ab Olyssiponensi patriarchatu excipit, et in S. Collegium egregios viros cooptat: Petrum Gasparri, archiep. tit. Caesariensem, Ludovicum Henricum Luçon, archiep. Rhemensem, Paulinum Petrum Andrieu, episc. Massiliensem, Caietanum De Lai, S. Congr. Concilii Secretarium, 123.

Consociatio catholica internationalis puellis tutandis, ob religiosa principia quibus innititur, et spiritum quo informatur, laudatur, III 202.

Consociationes ad pauperum inediā sublevandam, quae valeant, I 121.

— *Catholicorum* in Polonia instituendae, II 202.

— *civium, cultus exercendi causa*, iterum damnantur, nec expedire dicitur ut novae consociationes legitimae simul et canonicae instituantur, nisi constet semper tuta fore hierarchiae iura et in bona Ecclesiae potestatem, III 182.

Constantiensis sedes episcopalís in Gallia, antiqua devotione et fide in Sedem

apostolicam, ac praesulum et cleri populique sanctimonia conspicua, quae unum ex suis antistibus Pontificem Summum vidit, alios purpuratos Patres, et in qua primo agi coepit est festum Corporis Christi, et cultus inchoatus Ss. Cordium Iesu et Mariae, atque insigne exstat S. Michaëlis sanctuarium, V 88, sacri palii honore in perpetuum augetur, 89.

Conventibus Catholicis Opus (a): — eius praesides in Italia, ob vota B.P. oblata, gratias recipiunt, I 216: — comitatus permanens dissolvitur, I 312, manente tamen integre altero coetu de actione populari christiana, 313.

Conventui Catholicorum Coloniensi parando coetus, ob egregie facta laudatur, I 27.

Conventus: — *agricolarum* Zamorensis laudatur, III 140.

— *Catholicorum* quantum conferant ad obsistendum inimicis Ecclesiae, I 334.

— *Bononiensis*: eum hortatur B. P. ad concordiam inter diversas consociationes et ecclesiasticae auctoritati obedientiam, I 51.

— *Germaniae* probantur, II 155, v. *Germaniae*.

— *Vindobonensis* v. *Gruscha*.

— *eucharistici* probantur, III 156, v. *Heylen; Catanensis*, v. *Francica-Nava; Metensis* et *Tornacensis*, v. *Vannutelli card. Vincentius; Engolismensis* (v.).

— *episcoporum* v. *Episcopales*.

— *Mariales* probantur: *Barcimonensis*, I 391; *Romanus*, 394; *Helveticus*, III 97.

— *Salesiani*, III 13, 132.

— *Theologorum* Velehradiensis, V 287.

Cordis Iesu devotionem obsequium et venerationem gignere in Sedem apostolicam edicitur, V 224.

« *Cor Iesu Sacratissimum, te amore mei flagrare credo* » obsecratio trecentorum dierum indulgentia ditatur, V 96.

Corisco v. *Annobon*.

Cormier Hyacinthus Maria, Ordinis Praedicatorum magister generalis, epi-

stolam accipit, qua B. P. ei novum S. Thomae Aquinatis exstructum collegium delectis omnium gentium Ordinis alumnis educendis gratulatur, Pontificii titulo ornatum, novibus legibus, V 321, ab eo condiendis et a Se approbatis regendum erit, ita ut et studiorum praestantia et religiosae disciplinae observantia emineat, 322.

«*Costa Carogliana*», pars oppidi *Travacò Sicomazio*, dioecesis Viglevanensis, III 174, parochiae S. Leonardi pagi *Vallis Salimbene*, dioecesis Paapiensis, adiungitur, 175.

Coullié card. Petrus, archiep. Lugdunensis et Viennensis, epistolam accipit, qua B. P. laudat Societatem *de secours mutuel pour la Propagation du plain-chant*, eique fausta adprecatur, I 240.

«*Couronne de Marie*» commentarium menstruum laudatur, V 276.

Criquelon Vedastus Carolus, S. I., ob asceterium Xhovémont ad spiritualia exercitia laicorum cuiusque ordinis cum optimis in populos fructibus, I 409, praelestim contra Socialistarum fallacias institutum, laudibus extollitur, 410.

Crisinus Marcus Stephanus (Ven.), nobili genere in Croatia natus, I 373, adhuc puer in caelestem Matrem amore excelluit; mox in collegium Ferdinandaeum adscitus, Romam deinde mittitur et in collegio Germanico-Hungarico sacerdotio initiatitur; in patriam reversus, apostolicis totum se dedit laboribus, 374, et in archidioecesi Strigoniensi fortiter contra Lutheri et Calvini errores dimicavit, Szeplacensis abbatiae prope Cassoviam etiam administrationem adeptus, 375; qua urbe a Georgio Rakoczyo expugnata, ut catholicam fidem desereret fortiter tentatus, strenue restitit, 376, et, gravissimis toleratis tormentis, una cum Stephano Poncgrazio et Melchiore Grodeczio glorioso martyrio coronatur, post mortem signis clarescens. In coepita beatificationis causa ab Urbano VIII, dein, ob adversas rerum vi-

cissitudines, diu abrupta, a Leone XIII reassumitur et a B. P. decernitur constare de martyrio et signis, 377, ac Ven. Servi Dei Beatorum numero adscribuntur, 380.

Croatiae inventus Deiparae Virgini consecratio B. P. iucunda, II 7.

«*Cruciata precum ad repellendas haereticorum insectationes*»: oratio a fidelibus ei addictis dici solita, indulgentiis ditatur, V 318.

Crucis (S.) in aedibus Sessorianis in Urbe parochia constituitur, eique tribuunt bona extinctae paroeciae S. Bernardi ad Thermas, III 209.

Crux pectoralis, peculiare dignitatis episcopalis insigne, sed et Protonotariis certis sub clausulis iam concessa, II 98, a Patribus Cardinalibus universis in perpetuum et sine limitatione deferatur, 99.

Cryptae ferratae coenobium a S. Nilo abate novem abhinc saeculis instratum, et græcis monachis concreditum, Romanae Ecclesiae in Orientalem amoris præclarum exemplar, I 357.

Cultus perpetuus Ss. Sacramenti, domestica laus civitatis Catanensis, II 111.

Curia Romana v. Sapienti consilio.

Curitybensis de Paraná dioecesis e provincia ecclesiastica S. Sebastiani Fluminis Ianuarii avulsa, novae archidioecesi S. Pauli in Brasilia obnoxia fit, V 260.

Cursores Rotae v. Custodes Rotae.

Custodes Rotae: eorum officia, IV 164.

Custodis Carolus epistolam accipit qua B. P. coetui conventui Catholicorum Germaniae apparando, cui ipse praeest, gratulatur, et memorat benevolentiam Leonis PP. XIII in ipsum coetum, I 26.

Dataria Apostolica quot et quibus constet administris, eius munus in collatione beneficiorum non consistorialium versatur, IV 158, 229; modus agendi præscribitur servandus donec reformatur Cancellariae regulæ, 229.

Debout Henricus, canonicus Atrebatensis, epistolam accipit qua B. P. ei gratias agit ob libros de Ioanna Arcensi et de civitatibus Atrebatensi et Tornacensi Sibi muneri missos, et fausta adpreceatur maiori de Ioanna operi proxime ab eo edendo, I 312.

Decanus S. Collegii, de obitu Pontificis, litteris ex Vaticano datis, III 316, omnes alios Cardinales, praeter Camerarium, edoceat, et ad Palatium Apostolicum convocet, 249: pro ingressu in Conclave Missam de Spiritu Sancto ad S. Petri celebret, 259: novum Papam, si opus sit, sacerdotio et episcopatu ornet, 286: viros a gubernio italico vel a municipio forte ad se missos peculiari loco recipiat, dummodo ii actum potestatis se facturos non dixerint, et auxilium vel opes scripto ab his exhibita, per litteras coetui diplomatico datas recuset, significans, 317, nullam communicationem institui posse inter S. Collegium et italicum gubernium, nec S. Collegio respondendum esse de ordine extra Palatium, 318.

Decanus Diaconus cardinalis electum Papam populo publicet, III 286, eumque coronet, 287.

Decanus Rotae est primus inter Auditores, eique iure antianitatis succeditur, IV 162.

Decimae: de competentia sunt Congr. Concilii, IV 151.

Defensor sacri Vinculi apud S. Rotam constituendus, IV 163; qui etiam a Signatura Apostolica advocari poterit, 177.

De Lai Caietanus, S. C. Concilii Secretarius, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 123; eique occasione bireti impositionis B. P. gratulatur, 273.

Delatte Paulus, antistes Congregationis Gallicae O. S. B., et abbas Solesmensis, epistolam accipit qua B. P. memoriae revocat huius Congregationis et coenobii de gregorianis concentibus merita, I 284, quos maxime probat et exemplum Orbi catholico, in

gregorianis solemnibus Ipse adhibuit; gratias agit de alacritate qua ipsi monachi editionem authenticam parandam suscepserunt, 285, et omnes hortatur ut eis opportuna praebeant adiumenta, 286.

Del Bufalo Gaspar (Ven.), a Deo missus ad vineam suam excolendam, Romae ortus, I 324, a pueritia virtutibus deditus et in clerum Romanum cooptatus, 325, mirae fortitudinis exemplar in civilibus ineuntis saeculi xix vicissitudinibus eluxit, atque Congregatione Missionariorum a Pretioso Sanguine instituta, 326, ad sacras missiones totam fere pontificiam ditionem, nullis parcens laboribus, lustravit, mira pietatis, 327, et praecipue caritatis ubique relinques exempla. Ad puellas educandas Sororum etiam a Pretiosissimo Sanguine instituit Congregationem, 328, et maximis in populo christiano fructibus obtentis, omnibus carus migravit in pace, caelestibus signis durante funere, 329, et populi christiani veneratione honoratus, ita ut introducta sit eius beatificationis causa. Virtutum eius heroico gradu declarato et probatis miraculis, 330, Ven. Servus Dei inter Beatos adnumeratur, 331.

Delegati Pontificii munus non cessat vacante Sede Apostolica, III 250.

De Maria Michael, S. I., praefectus studiorum in Athenaeo Gregoriano, annum celebrans ab inita iuventutis sacrae institutione, epistolam accipit, qua B. P. laudat eius merita, operamque Leoni XIII praestitam revocandis scholis catholicis ad instituta S. Thomae, quae in scholis cui praestet eum semper servaturum confidit, V 272.

Demimuid Mauritius, pii Operis a S. Infantia moderator generalis, gratias accipit ob litteras et volumen B. P. oblata, ex quibus patet Opus ipsum aliquid detrimenti anno superiore passum non esse: quod ei gratulatur idem B. P., V 9.

Democratia christiana v. Actio popularis christiana.

Democratici christiani autonomi, ob disciplinam et auctoritatem omnem contemptam, ob novitatem plus quam par est quaesitam, II 52, ob independentiam ab episcopis in catholica actione sociali sibi vindicatam, et ob spretos ipsos Ecclesiae rectores, reprobantur, 54: eorumque conventus Bononiensis catholicis, praecipue sacerdotibus, interdicitur, 55.

« *De pertinentibus ad divinam operationem* » volumen Alexii M. Lépicier probatur, V 169.

Diaconus cardinalis: - *Decanus* (v.): - *ullimus* in Conclavi scrutinii capellae portas claudit, III 275.

Diacarchus Antistes amittit jurisdictionem in Sixtinum sacrarium basilicae Liberianae, I 98.

Diaria neotericos errores propugnantia vel insinuantia a Seminariis expungantur, V 98, v. *Ephemerides*.

Dignitas humana a scientia sacrarum rerum nobis ostenditur, II 73.

Dioeceses novae eriguntur: *Botucatuensis* in Brasilia, V 246. - de *Cajamarca* in Peruvia, V 208. - *Campaniensis* in Brasilia, V 99. - *Campiennis* in Brasilia, V 246. - *S. Caroli de Pinhal* in Brasilia, V 246. - *Sancti Georgii* in insula Terranova, I 168. - *Greatormensis* ibidem, I 281. - *S. Iacobi de Ester* in Republica Argentina, V 21. - *Joliettensis* in Canada, I 139. - *S. Mariæ Ormensis* in Canada, I 355. - *Oklahomensis* in foederatis Americae civitatibus, II 158. - a *Principe Alberto* in Canada, V 135. - de *Ribeirão Preto* in Brasilia, V 246. - *Riverormensis* in foederatis Americae septentr. civitatibus, I 214. - *Rockfordiensis* ibidem, V 311. - *Taubatensis* in Brasilia, V 246. - de *Uberaba* in Brasilia, V 121.

Dioecesum - *circumscriptionem* temporibus accommodare, esse in votis B. P., V 177.

— *erectio et regimen* in locis Congre-

gationi de Propaganda Fide non obnoxiiis, ad Congr. Consistoriale spectat, IV 149.

— *suppressions*, nonnisi ad maiora vitanda mala facta esse ab apostolica Sede; quod ea praestitit in Gallia ineunte saec. xix, servato tamen titulo praestantiorum, V 278.

Diplomaticus coetus v. Legati.

Disciplina ecclesiastica quam necessaria ad instauranda omnia in Christo, I 219.

Disparitatis cultus impedimentum: - super eo dispensatio reservatur Congr. S. Officii, IV 149.

Dispensatio super matrimonio rato concedi poterit a Congr. de Sacramentis, IV 150.

Dispensationes: - *matrimoniales* in foro externo ad Congr. de Sacramentis spectant, IV 150; leges servandae in iis concedendis, 220; v. *Propaganda*.

— a *iure communi* pro religiosis: - earum concessio pertinet ad Congr. de Religiosis, IV 152.

Divitium onera in pauperes et proletarios tum ex iustitia, I 120, tum ex caritate quae proveniant, 121.

Doctores in theologia a periculo doctrinae ad Ordinationem faciendo dispensantur, II 151.

Doctrina christiana: propositiones quae docent eam primitus fuisse iudaicam, dein factam esse paulinam, ioannicam, hellenicam, et diversam esse ab ea quae ex Scripturis pateat critico, V 83, itemque eam reformatione indigere, damnantur, 84, v. *Dogmata*.

Doctrina christiana: eam tradere est prima pars Ecclesiae rectorum, II 74, sacerdotumque omnium, 75, quibus adiuvent etiam laici, 81: magna preparatione ac studio indigent ad eam operam conferentes, 83, v. *Catechismo*.

— *Archisodalitatis* ab ea in Urbe Constitutiones correctae et reformatae, II 205, sex capitibus continentur, quae agunt de fine et natura Archisodalitatis, 206, de congregacione, 207, de actione archisodalitatis, 208, de admi-

- nistratione, et de relationibus ad paroecias, 209, et de iure aggregandi, 210.
- *Congregatio* singulis in paroeciis Urbis canonice instituatur, II 81.
- *Conventus* de ea mox habendus probatur, ad optimum medium parandum instauracionis rerum omnium in Christo, II 17.
- Dogmata catholica*: propositiones quae docent ea historiae contradicere, V 77, et etiam S. Scripturae, nec esse veritates revelatas, sed tantum interpretationem humanam factorum religiosorum, eaque retinenda non esse tanquam normam credendi sed tantum tanquam normam agendi, 79, nec habere nisi exiguum germen in Evangelio, damnantur, 83.
- Domui Pontificiae Praepositus* iuramentum emittat coram Cardinali Decano, ceterisque omnibus Cardinalibus in Conclavi claudendis, III 261.
- Downside (apud) Gregorianum coenobium*, v. *Duacense*.
- Duacense Gregorianum coenobium*, tertio abhinc saeculo a Cavalero abate Atrebateni institutum, Pauli V auctoritate instauratae Anglo-Benedictinae Congregationis caput factum, et e Gallia in rerum omnium conversione pulsum, in Angliam apud Downside noviter constitutum maxime proficisse memorat B. P., II 167; idemque tum altari Gregoriano, tum *indulgentia de Portiuncula* perpetuo datur, 168.
- Duacense S. Edmundi coenobium indulgentiae de Portiuncula privilegio datur*, II 168.
- Duarte Athenogenes*, archiep. Mechoacanus, epistolam accipit qua B. P. gaudet de sollemnibus honoribus Virgini Mariae proxime habendis, praecipue de Mariano conventu, quem peropportunum declarat Ecclesiae praesentibus hostibus obsistendis, fideique fovendae, I 333.
- Duchesne Philippina*: — eam Sororum a sacratissimo Corde Iesu Institutum in Americam intulisse memorat B. P., V 163.

- Ecclesia*, via hominum ad Christum, I 7: summis nunc agitatur procellarum fluctibus, tamen in Petra qui est Christus confirmatur, 195, et exstat unica salus populis, 196, ex quo sequitur necessitas perfectae concordiae inter eam et civilem potestatem, et tuitionis omnium eius iurium, 197, cum ex ea sola vera vita dari possit hominibus, 198, a quibus tamen nunc temporis impetratur, 199: — propositiones quae docent eam nullimode posse genuinum sensum S. Scripturae praebere, nec de disciplinarum humanarum assertionibus iudicium ferre, nec ullum assensum internum suis definitionibus exigere, V 77; item eam tanquam societatem diu duraturam, non fuisse a Christo institutam, neque constitutionem eius immutabilem esse, neque ipsam divina providentia Romanam factam esse; item eam scientiarum progressui esse infensam, 83, et imparem ethicae evangelicae tuerdae, damnantur, 84.
- propositio quae docet Ecclesiam *do-centem* in definiendis veritatibus dissentis Ecclesiae opinionem sequi debere, damnatur, V 77.
- Ecclesiae dissidentes*: coetus pro earum unione coniungitur Congregationi de Prop. Fide, IV 153.
- Ecclesiastica bona* occupantes poenis canonicis obnoxii, II 97.
- Egger Augustinus*, episc. S. Galli, epistolam accipit, qua B. P. ei ceterisque Helvetiae episcopis, necnon Soda-litiati a S. Pio V gratulatur novum Collegium B. Alberti Magni nuper ad clericorum institutionem Friburgi exstructum, III 22, memorat Se voluisse ut studia theologiae in collegio a Dominicanis sodalibus, S. Thomae Aquinatis domesticis, tradantur, et confidit fore ut cum ceteris episcopis etiam pietati clericorum faveant, 23.
- Electio summi Pontificis* in Conclavi clauso facienda est, III 262: incipitur mane, clauso praecedenti nocte Conclavi, post Missam consuetam, in

qua Cardinales Eucharistiam sumant, et dictum hymnum *Veni Creator*: eaque fieri potest, 264, per *inspirationem*, per *compromissum*, 265, vel per *scrutinium*, quo duea ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi praesentium concordes sint, 267, v. *Scrutinium*: - prohibitur autem electio per *accessum* Cardinalium, 280; electio simoniaca nullitate non laborat; ea non paretur, vivente Summo Pontifice, 282, neque in ea pactiones, promissiones et similia intercedant, 283, et ad eam preces in toto Orbe indicentur, 285: - Electio non conficitur nisi accepto electi consensu a Decano S. Collegii, et tunc novus Papa populo exspectanti publicatur; is a Cardinali Decano sacerdotio et episcopatu, si opus fuerit, initiatur, 286, et per Decanum Cardinalem Diaconum coronatur, 287: - electio anticipari potest ante novem dies ab obitu si hoc necessarium videtur maiori parti congregatorum Cardinalium, 296, et fieri praesente cadavere, si periculus sit in mora: abrumpitur autem et alibi perficitur, si iniuriae Conclavi inferantur aut eius libertas violetur, 299: - quomodo confienda si Pontifex extra Curiam diem supremum obeat, 300.

Electiones: - *civilium magistratum et legislatorum* omnibus bonis in Hispania commendantur, qui seponit partium studia ad religionis et patriae incolumentem curandam, III 42.

- *politicae* in Italia prohibitae manent Catholicis, sed Pontifex dispensabit certis in casibus; quare illi parati sint ad politicam vitam ineundam, II 125.

Electores summi Pontificis v. *Cardinales*.

Eleemosynae Missarum v. *Missarum*.

Eleemosynarius Pontificis in suo munere manet, vacante Sede apostolica, et quoad novus Pontifex aliter disponat; eamdemque pecuniae vim, sub dependentia S. Collegii, impendat in pauperes, quam vivente Pontifice, III 250.

Elisabeth (S.), Andreae regis Hungariae filia, adhuc puellula, mortalium rerum contemptu, adversarum rerum suffientia, summa obedientia enituit; nuptui data, in virum familiamque diligentia, in pauperes, V 118, et famelicos caritate; viro orbata, patientia summa in paupertate et mendicitate claruit, et omnibus vitae conditionibus exemplar effecta est, 119: sollemnia DCC anniversarii eius laetatur B. P., 117, et indulgentias concedit, 120, v. *Vaszary*.

Engolismensis episcopus epistolam accipit qua B. P. gaudet de eucharistico conventu Engolismae proxime habendo, conventusque eosdem laudibus effert, I 270, simulque adhortamenta adiungit ad maiores semper fructus ex eis capiendos, 271.

Ephemeridum: - *lectio* prohibetur Seminariorum alumnis in Italia, III 167: item earum institutio vel moderamen sacerdotibus inhibetur absque Ordinariorum venia, 171.

- *librorumque vulgatio* quantum conferat ad multitudinis mentem sua cogitandi et agendi ratione, imbuedam, III 19.

Episcopales coetus resumendi in Lusitania, II 94: eos ad necessitates populorum perspiciendas, et episcoporum unionem fovendam maxime conferentes, et in plenario Americae Latinae concilio tertio quoque anno praescriptos, statutis temporibus haberit vult B. P., II 172.

Episcopi universi ad canonicarum legum in unum redactionem concurrent, I 221: omnimodam auctoritatem habent in sectiones dioecesanas alterius coetus Operis a Conventibus Italiae Catholicis, quarum eligunt praesides, I 315: iis reservatur participatio clericorum tum comitatui supremo, tum conventibus singulis, 314: eorum arctissima coniunctio cum Apostolica Sede laudatur, I 433, de eaque gaudet B. P., III 227; - eorum zelus contra modernistarum errores exerceatur, IV 105 sqq.; 236; v. *Modernismus*.

— *electio*, quae hucusque pro Italia speciali Cardinalium Commissioni erat reservata, in omnibus locis sacrae Congr. de Propaganda Fide et Negotiorum ecclesiasticorum extraordinariorum non obnoxii, in quibus peculiares Constitutiones vel Concordatus hac de re non habeantur, S. Congr. S. Officii committitur, I 114; quae in ea eodem ac in ceteris secreto adstricta manet, et periculum de doctrina ab ipsis promovendis faciendum curabit, 115; ad Congr. Consistorialem committitur, IV 149; v. *Adiutor, Auxiliaris*.

— *nominatio* alicui ab auctoritate civili concessa in Gallia, ius absolutum non dat institutioni canonicae, II 187: apostolica tamen Sedes longe maximam partem episcoporum sic nominatorum confirmavit, 188.

Errores hodierni recensentur, I 199, V 77; eis imbuti a Seminariorum moderamine et a magisterio arceantur, V 98.

Erem Albisius, S. I., praeses Congregationis Marianaæ academicæ in urbe Zagabria. Ei gratulatur B. P. consecrationem iuventutis Croaticæ beatissimæ Virgini, occurrente 1 anniversario a definito dogmate immaculatae Conceptionis peractam, Sibique die ipsa nuntiatam qua Marcum Crisimum Beatorum honore augebat, II 7.

Epinosa Martanus Antonius, archiep. Bonaërensis, epistolam accipit qua B. P. ob nobile munus Argentino-rum, occasione 1 sacerdotii Sui anniversarii oblatum, domum nempe in usum Internuntii apostolici, IV 222, magnifice instructam et ornatam, gratias agit, et Deum precatur ut coniunctionem hanc Argentinorum cum apostolica Sede perpetuo servet, 223.

Essendiensis Catholicorum Germaniae conuentus, ob obedientiam in actione religiosa Sedi apostolicae professam laudatur, III 214.

Essendiensis civitas: eam ad conventum Catholicorum delectam esse laetatur B. P., III 178.

Eucharistia (S.), fons unde per totam Ecclesiam vitae spiritus diffunditur, vinculum quo eius membra coalescunt, sacrificium legis novae, Crucis sacrificium incruenter instaurans, V 293: propositio quae docet eius institutionem a Paulo narratam non esse historice sumendam, damnatur, V 82: eam primo suspecturi pueri per Quadragesimam peculiariter edoceantur, II 81: eius cultus perpetuus laus domestica Catanae, II 111. Elius *quotidiana sumptio*, quam S. Tridentina Synodus consuluit, iuxta voluntatem ab ipso Domino expressam, II 250, petitionem in Oratione Dominica insertam, et priorum fidelium praxim, utpote antidotum contra culpas quotidianas et praeervationem a mortalibus, 251, et defervescente pietate, Iansenismi praecipue conatibus, difficilior in dies evasit. Apostolica Sedes sententias eidem tum adversas, tum exagerate faventes auctoritate sua cohibuit, 252, non tamen obtinuit ut omnis ea de re disceptatio et incertitudo cessaret, 252. Quare statuitur, ut Communio frequens et quotidiana omnibus fidelibus pateat qui in statu gratiae sint, et ad eam accedant ut Dei placito satisfaciant et pharmacum suis infirmitatibus quearant, etiam si peccatis venialibus eorumque affectu sint obnoxii, 254; sedula tamen praeparatio antecedat ad maiores gratias suscipiendas, et consilium confessoris: qui tamen tales prohibere nequit. Parochi, concionatores, confessarii, ad hunc usum populum allicit, praesertim in religiosis institutis cuiusvis generis et in clericorum seminariis, 255: institutorum religiosorum regulæ quae certis diebus communionem affixa habeant, mere directivæ sunt putandæ; et ab omni disceptatione hac super re deinceps abstinendum, 256: ea permititur infirmis qui iam a mense decumbunt absque certa spe ut cito convalescant, et aliquid instar potus

antea sumpserint, bis in hebdomada, si in domibus religiosis degant; bis in mense, si alibi, III 231. — Dispensationes respicientes locum, tempus, condiciones tum sumendae tum sacrilitandi pertinent ad Congr. de Sacramentis, IV 150 sq.

Eugenius archidux Austriae, gratias accipit ob petrianam stipem et effigiem ad B. P. muneri missas nomine Ordinis Teutonici, cui praest, I 359.

Euphrasia ab Immac. Conceptione (B.), in saeculo Maria Claudia Brard, praeclaris animi ingenique dotibus exulta sed humilitate paeclara, se pro sui propinqui salutem libentissime Deo obtulit, III 111, v. *Carmelites Compendienses*.

Evangelia: propositiones quae docent ea saepius referre non quae vera sed quae magis utilia ab Evangelistis censebantur, eaque multis additionibus aucta fuisse, damnantur, V 78.

Evangelium: eius leges et consilia vindicanda, I 8.

— *S. Ioannis*, propositiones quae docent, illud historiam non esse sed mysticam contemplationem, et miracula exagerasse, damnantur, V 79.

Evulgatio actorum S. Sedis v. *Promulgandi*.

Excardinatio leges iam a Leone XIII latae, quibus ea nisi iustis de causis et incardinatio in alia dioecesi executioni demandata, concedenda erat, III 219, confirmantur et extenduntur etiam laicis ad Ordines sacros promovendis, 221.

Exclusiva v. *Veto*.

Exeat v. *Excardinatio*.

Exegesis cultores: propositiones quae docent eos non teneri legi paeiae ecclesiasticae censurae librorum: horum interpretationem ab Ecclesia traditam exegitarum correctioni subiacere et historiae contradicere, V 77: ipsisque quamlibet paeconceptam opinionem de supernaturali origine S. Scripturae seponendam esse, 78: catholicos exegetas sensum Scripturae non

expressisse fidelius quam heterodoxi: eosque non improbandos si praemissas adstruant ex quibus dogmata falsa esse sequatur, dummodo dogmata ipsa non negent, damnantur, 78.

Esercita spiritualia, etiam laicorum, maximopere conferunt ad errores impellendos, moresque corrigendos, I 408; et, clero praesertim, ad studium sacrarum rerum excitandum, 419, ad mundanum sensum abiiciendum, ad spirituale vitam recte instituendum, 420: ea Romano clero paecipiuntur tertio quoque anno peragenda, 421, et ut subsidia gratiae custodienda et alendae opportuna omnibus commendatur, IV 261.

Exhortatio ad clerum catholicum in quinquagesimo sacerdotii B. P. natali, IV 237; v. *Clerus*.

Expeditionibus sacris adiutandis feminarum consociatio, in urbe Coblenz instituta, laudatur, V 274, et in omni Germania dilatanda dicitur, 275.

Expeditionum ministri apostolici in Dataria: eorum privilegium abrogatur, IV 191.

Extremae unctionis sacramentum: propositio quae docet illud a S. Iacobo Apostolo non fuisse promulgatum, damnatur, V 82.

Fabricae S. Petri (*Rev. Congregatio*) unice curat rem familiarem Basilicae Principis Apostolorum, IV 159.

«*Fall-River*», urbs episcopalis designatur novae dioecesis Riveromensis, I 215.

«*Falsibordoni*» permittuntur in Vesperis maiorum solemnitatum, I 82.

Furley Joannes Maria, archiep. Neo-Eboracensis, ob institutum Seminarium italis clericis proprium laudatur, et ob petrianam stipem gratias accipit, I 180.

Fernando P6o vicarius apostolicus constituitur, et Filiiis immaculati Cordis Mariae concreditur, I 280.

Ferrari card. Andreas, archiep. Mediolanensis, epistolam accipit qua B. P.

grati animi sensus pandit ob communies litteras quibus episcopi Mediolanum conventi ad acta Concilii provincialis paranda, Gallicae Ecclesiae doloribus compatiuntur, et recens scriptum de mutuis relationibus Ecclesiae et civitatis, utpote liberalismum scatens, reprobant, III 48: - item aliam qua B. P. laetatur quod Mediolanense Seminarium maximo in Pontificem studio clarescat, idemque non caret auctoritati debita reverentia, 85, sed sancti Caroli disciplinam nunc quoque retineat, et cum ea observantia quibusvis Romani Pontificis dictis, 86.

- ceterique episcopi Insubrium, epistolam accipiunt qua B. P. communies eorum litteras Raudiis Campis datas gratias Se habuisse dicit, cum ex eis pateat et eorum sollicitudo in doctrina fidei et disciplina Ecclesiae tuendis, V 55, et cum Apostolica Sede coniunctio, 56: - item aliam, qua B. P. eorum vota ob sacerdotii Sui solemnia excipiens, eis grati animi sensus pandit, eo quod ipsis probaverit vir a Se ad rite sacrae iuventutis disciplinam ordinandam missus, eosque laudat de pastorali sollicitudine ad integrum servandam fidem, V 266, quae etiam patet e volumine Actorum Concilii Provincialis proxime oblato, 267.

Ferrata card. Dominicus confirmatur in munere parandi festa pro L anniversario ab immaculatae Conceptionis dogmatis proclamatione, I 29: epistolam accipit qua B. P. gratulatur opificibus catholicis monumentum Leonini XIII positum, 293: ob Marialem conventum Romae indictum et proxime habendum laudatur, 393.

Festorum dierum observatio de competentia est Congr. Concilii, IV 151.

Fiat Antonius, Sacerdotum a Missione moderator generalis, epistolam accipit qua B. P. sodalitatem ipsam de sacerdotum clericorumque institutione et de sacris expeditionibus bene meritam, laudat ob oblato Italiae epi-

scopis sacerdotes, qui in Seminariis munere moderatorum vel doctorum perfungantur, I 287.

Fidei Filiarum Societas Neo-Eboracensis, ob finem intentum, nempe christiani matrimonii decorum restituendum, liberorum rectam educationem providendam, morum castigationem prosequendam, valde laudat B. P., eique fausta adprecatur, I 395.

Fides a dogmate immaculatae Conceptionis excitatur, I 160: contra eam complures damnantur errores, V 76: propositio quae docet assensum ei praebendum inniti in congerie probationum, damnatur, 79: - eius *Propagatio* (v.)

Filius Dei: propositio quae docet hunc titulum in Evangelii significare tantum « Messias », damnatur, V 80.

Fillion L. Carolus, e societate S. Sulpicii, epistolam accipit, qua B. P. ob Commentaria in universa sacra Scriptura edita et Sibi muneri oblata, gratulatur et gratias agit, I 304.

Fischer card. Antonius, archiep. Coloniensis, epistolam accipit, qua Societas Caeciliana laudatur, I 88: item aliam qua B. P. conventum catholicorum Essendiensem laudat, ob obedientiam Sedi Apostolicae in actione religiosa statutam, quae, concordiam gignens, omnium animos ad sociale bonum obtinendum dirigit, III 213: item aliam qua B. P. gratias agit ob piam munificentiam qua sacerdotale Suum iubilaeum celebravit, eique gratulatur populum catholicae fidei professione semper excellentem, memorat gratulationes undique a dioecesi receptas, sacras vestes in Sui gratia confectas et pauperibus ecclesiis donatas, lauretanam et romanam peregrinationes a multis suscepit, V 314, et prae ceteris particulam ossium Ss. Regum a Coloniensibus canonicis ad Se, qui Melchioris etiam nomine in baptimate est appellatus, missas, 315: item aliam una cum Georgio card. Kopp, II 135, III 194; v. *Kopp*.

Francica Nava di Bontifé card. Ioseph, archiep. Catanensis, epistolam accipit qua B. P. conventum eucharisticum Catanae proxime habendum probat, II 110, hortaturque fideles ut eum frequentes celebrent, et perpetuam adorationem Sacramenti augusti pro viribus curent, utpote viam ad eius cultum augendum, 111.

Francisci (S.) ad ripam maiorem paroecia instituitur, cique tribuuntur bona et iura extinctae paroeciae S. Bartholomaei in insula tiberina, III 2.

Franciscus Salesius (S.): eius miram suavitatem et spiritum laudat B. P., II 1; eiusque opera novissime edita esse gaudet, 2.

— *Opus* eius nomini Parisiis inscriptum fidei ab haeresi tuendae, Catholicis commendatur, I 266.

Franciscus Xaverius (S.), patronus datur Operi a Fidei Propagatione, eiusque festum ad ritum duplum maiorem evehit, I 227.

Frank A., praeses coetus scriptis catholicis per Bavariam emittendis, epistolam accipit, qua B. P. laudat opus incepturn, quo refelli queant malorum scriptorum oppugnationes, III 100, et clericis laicisque commendat ut operam et opes ad illud conferant, 101.

Frassinetti Iosephi opera omnia proxime vulganda probat B. P., animorum saluti provehendae perutilia et nostrae aetati accommodatissima edicit, et Suo nomini inscribi permittit, III 161.

Fratres a Scholis Christianis solemnies Ordinis conventus habituri, propensi animi testimonium a B. P. accipiunt in tristissimis Ecclesiae Galliceae conditionibus, II 87, et excitantur ad religiosam professionem prae ceteris officiis tuendam, 88.

Friburgense collegium B. Alberti, v. Egger.

Friburgensis conventus studiosorum cantus Gregoriani a B. P. laudatur, eo quod non tantum verbis sed et exemplis ob oculos positis, Romanae Ecclesiae cantum illustrare et promovere sibi proponat, II 9.

Fulginatense templum cathedralē nomine B. P. a Dominico card. Svampa dedicatum, I 360.

Gabriel a Dolorosa Virgine (Ven.) angelica puritate clarissimis sanctis adiungendus, V 226. Assisi natus a Sancte Frisciotti, Franciscum nomen baptismatē accepit. Puer, matre orbatus, patrem civilem Spoleti gubernatorem secutus, ingenio ac pietate aequales superans, omnium corda sibi devinxit. Saeculi blanditiis aliquantulum indulgens, gravi morbo ad caelestia revocatur, et ad religiosam vitam mirabiliter allactus, ad Clericos Passionis D. N. I. C. confugit, 227. In ipso tirocinio perfectionem attigisse vi-sus est; tironibus et provectionibus sodalibus exemplo fuit. Ad vota admis-sus, omnium virtutum exempla prae-buit; coluit praecipue paupertatem et humilitatem, vilissima quaeque in vi-citu cultuque requirens, 228; obedien-tiam, nulla unquam mora interposita praecepta exsequens; et puritatem, vigilis sensus custodiens; atque in spiritus interioris exercitio excellens, complures meditationi Passionis Domini-niae et devotioni in B. Mariam Virg. insumebat horas. Maiores ordines ob turbulenta tempora accipere prohibitus, in compluribus monasteriis sanctitatis exempla dedit conspicua, et in recessu insulae Pinnensis, phtisi et febri affectus, 229, lectulum scholam virtutum reddidit, et die 27 februario 1862 pie obiit in Domino. Fama eius increbrescente, miraculorum celebritate aucta, eius exuviae prodigiorum splendore ita inclaruere ut turmatim peregrini ad eas accedere coepirint et sepulchrum eius sanctuarium efficerint: quare introducta est causa beatificationis, 230; et heroicis eius virtutibus et duobus miraculis probatis, 231, atque edito decreto de Tuto, Ven. Servus Dei in Beatorum numerum inscribitur, 232.

Gabriela Henrica a Iesu (B.), in saeculo

Maria Francisca de Croissy, Parisiis
orta et litteris exulta, Iesu amorem
et martyrii cupiditatem saepe versibus
exprimens, cum gaudio vitam dona-
vit, III 112, v. *Carmelitides Compen-*
dientes.

Gabriel Maria, Fratrum a Scholis Chri-
stianis antistes generalis, epistolam
accipit, qua B. P. eos solatur, et ad
religiosam professionem praे omnibus
faciendam hortatur, II 87.

Gallia: persecutio a Republica in re-
ligiosas familias, I 434, item episcopali-
um epistolarum incriminatio repro-
bantur, 435: eius discidium ab apo-
stolica Sede imminere queritur B. P.,
II 68; v. *Consistorium diei 21 februarii*
1906; v. *Carmelitides*.

— *cardinales* litteram accipiunt qua
B. P. Sibi non probari edicit legem
vulgo de « Mutualités approuvées »,
quippe quae minime dignitatem et
regulas ecclesiasticae disciplinae cu-
stodiat et ducat sacerdotes ad obli-
scendam communionem cum aposto-
lica Sede, 135 sqq. Maximum quoque
damnum conqueritur quod circa fun-
dationes missarum deprehenditur,
nonnullaque statuit ut, quantum po-
test, huic malo medeatur, 137 sq.

— *episcopi, clerus et populus* de mun-
ificentia et studio, quibus catholicum
Parisiense Institutum prosequuntur
laudantur, II 49: — encyclicam episto-
lam accipiunt qua B. P. dolet de di-
scidio sancto inter Ecclesiam et Gal-
licam Rempublicam, III 24; omnes
repetit iniurias in Ecclesiam ab eius-
dem moderatoribus postremis his tem-
poribus inflictas, et Sedis apostolicae
conatus ut ab his desisteretur, 25;
refellit deinde sententiam eorum qui
tenent civitatis rationes ab Ecclesiae
rationibus segregandas, 26, et me-
moriae revocat doctrinam decesso-
rum, præsertim Leonis XIII hac
de re, 27. Haec omnia a Gallia,
tam arte cum Sede apostolica con-
iuncta, patrata dolet B. P., eo magis
quod sic infracta est pactorum fides,

28, insignis apostolicae Sedi illata
iniuria, ac ius gentium fractum, et
quod sine ulla denuntiatione nec si-
gnificatione apostolicae Sedi, pactum
rescissum fuerit, 29. Lege ipsa Ec-
clesiae hierarchiam ignoratam luget,
30, et personas legitimas rationem
datam civium consociationibus, qui de
episcoporum, de curionum, de semi-
nariorum aedibus, de Ecclesiae bonis
pro arbitrio suo disponant, 31, con-
sociationeaque *Consilio Status* nempe
civilis potestati tantum subditas: Ec-
clesiae libertati vulnera a lege infli-
cta dinumerat, tum in cultu exer-
cendo, 32, tum in acoessu ad popu-
lum, et iuventute instituenda; præser-
tim religiosorum expulsione et opum
privazione. Injustitiam queritur legis
quae non modo Ecclesiae iura, sed
et testamenta voluntatesque fidelium
aperitissime violat, ipsam sanctita-
tem templorum in discrimen addu-
cit, ea Reipublicae tribuens, 33, et
honestam clero sustentationem e bo-
nis clero aliquandiu erexit, a Repub-
lica sancitam, negat. Legem eandem
damno dicit ipsi civitati futuram, con-
iunctionem et conspirationem animo-
rum adimendo, sine qua nulla natio
aut civitas vigere potest, 34; eamque
damnat et reprobat, 35. Aerumnas,
laboresque omne genus quae Galliarum
Ecclesiam certe affligerunt, dolet,
confidit tamen divino auxilio histo-
rica roboratus experientia, quod le-
ges ipsae paullatim decident, et me-
liora tempora reviviscant, 36. Inter-
rim episcopos hortatur ut concordia
summa in tutandis Ecclesiae rationib-
us adlaborent, et pastoralis cari-
tatis officia conferant quam strenue:
itemque clerum ut episcopis adiu-
mento sint, memores gaudii quo Apo-
stoli afficiebantur contumeliam pro
Christo patientes; ut iura et liberta-
tem Ecclesiae vindicent, 37, et bene-
facta pro malefactis reddant: demum
fideles omnes, ut fortiter resistant
pravorum hominum sectis, quae ca-

tholicum nomen se deleturas iactant, et abiectis quibuscumque dissensio-
num seminibus, religioni defendendae
operam navent, 38, quod reapse asse-
quentur, si catholice vivant, cum sa-
cerdotibus et episcopis arctissime
coniungantur, et opem caelestem effla-
gitare non desinant, quam Ipse Pon-
tifex Se efflagitaturum promittit, 39.
— *item episcopi* aliam epistolam ency-
clicam accipiunt qua B. P. memorat
consilia ab ipsis, III 181, et a complu-
ribus Cardinalibus quae sita de con-
sociationibus civium cultus exercendi
causa, easque damnat, simulque non
expedire dicit alias consociationes
quae simul legitimae sint et canonicae,
usquedum omnino non constituit
hierarchiae iura et in bona ecclesiae
necessaria potestatem tuta fore,
182: eos confirmat ut, Ecclesiae pa-
triaeque amore, onus novum fortiter
sustineant, et hortatur ut fideles omnes
doceant Se non alia ratione, quam
Apostolici muneric gravissimo officio
haec statuisse; et similes consociationes
alicubi ex eo permissas fuisse
quod, vel sacrae hierarchiae iuri-
bus aliquo modo consultum est, vel
quod Ecclesia iure communi donata
fuerit, non oppressa, 183, ut nunc in
Gallia: luget civile bellum initum,
quod culpae tribuit Reipublicae mode-
ratoribus, et Catholicos omnes hortat-
tur, ut non vi sed constantia inimi-
corum contumaciam frangant, stricte
inter se coniuncti, 184, absque ulla
memoria diversarum in his rebus sen-
tentiarum, 184, et strenue adlaborent
ad Ecclesiae Gallicae spem erigendam,
185; — itemque aliam, IV 7, qua B. P. de
eorum cum Ecclesia et Pontifice fide
et coniunctione gaudet, 8, atque, ut
Dei auxilium magis magisque adpre-
centur et maxima concordiam victo-
riam sibi praeparent, cnixe rogar.
Frustra religionis inimici fideles et
pastores Galliae a S. Sede apostolica
alienare voluerunt; frustra pariter ut
belli religiosi et persecutionis causam

Ecclesiam accusarunt, 9, Ecclesiam,
quae dulcedinis et amoris semper et
ubique exemplar fuit et vindex, quae
persecutionem semper cognovit et
nunc cognoscit, 10. In Gallia enim
ei persecutio infligitur: episcopi ex
episcopiis, parochi ex presbyteriis,
clerici ex seminariis expelluntur; ec-
clesiastica bona vi atque fraude eri-
piuntur, 11; leges conduntur quae
direkte divinam Ecclesiae constitutio-
nem impugnant, quod praecise evenit
in illis quae vulgo « Associations cultuelles » nominantur, 12. Lex expo-
liationem Ecclesiae, anarchiam in exer-
citio cultus sancivit, 14, quae a B. P.
viriliter reprobatur, 15. Historiae sen-
tentia veritatem ostendet ac B. P.
omnimodam fidelitatem commisso sibi
divinitus muneri enarrabit, 16.
— *peregrinos* ex ea alloquens B. P., de
eorum romano itinere laetatur, dolet
de legibus Ecclesiae infensis; divini
in Galliam amoris signa ob operum
ad salutem animarum copiam, et mis-
sionariorum conatus tum in auxilio
tempestive semper concesso, I 437,
tum in sanctuariis signis fulgenti-
bus, tum in coniunctione cum Sede
apostolica ab ipso inspirata, indicat;
in Deo Virgineque immaculata pro-
xime meliora adventura tempora con-
fidit; episcopis, praesbyteris, laicis
benedicit, 438.
— *Reipublicae facinora* denuntiat B. P.,
crucifixum a tribunalibus electum,
episcopos quominus suo ministerio
incumbant impeditos, apostolicam Se-
dem pactarum conditionum inobser-
vantia calumniouse impeditam. Ad hanc
propulsandam memorat Pontifex foedus
inter Pium VII Papam et Rem-
publicam, II 185, *articulos organicos*
adiectos et ab illo et successoribus
numquam recognitos, utpote ecclesias-
tice potestatis iura civili imperio
vindicantes; examini subiicit praeci-
puas pactiones inter utramque pote-
statem, 186; nempe de libertate Eccle-
siae in fidei morumque disciplina,

de nominatione et institutione canonica episcoporum, 187, de precibus pro magistratu praescriptis, de bonis Ecclesiae detractis, Reipublicae condonatis, et de sustentatione cleri ab hac praebenda; Ecclesiam suis promissionibus fidem servasse ostendit, 188, Rempublicam eis defecisse, libertatem violando, cum interdicat episcopis liberam cum Sede apostolica communicationem, cum spernat de cunctis Ss. Congregationum, 189, cum Religiosas familiis, tam bene de Republica meritas et Ecclesiae acceptas, expellat, etiam seminariis propositas, 190, cum Pontifici potestatem deneget a se nominatos episcopos examini subiiciendi; cum sustentationem clericis detrahatur, 191. Quae omnia Pontifex denuntiat, propulsans accusationem quod Res publica non possit cum Ecclesia consistere, 192, et Se persecutioni paratum edicit, 193.

— iterum B. P. eos alloquitur, quam maxime dolens quod eorum patria ab Ecclesia defecerit, IV 301; laetatur tamen de mira fidelium cum apostolica Sede coniunctione et fide, qui maximis ob religionis amorem obeunt sacrificii: eis ex animo gratias persolvit, 308.

Garriguet Henricus, consociationis Sulpiciana moderator, epistolam accipit, qua B. P. gaudet quod integra eorum proposita maneat, praesertim laudat devotionem erga apostolicam Sedem, obedientiam et caritatem, quas in moderandis Seminariis propagare in clero non praetermittant, III 217.

Gaspar Del Bufalo (Ven.), v. *Del Bufalo*.

Gasparri Petrus, archiep. tit. Caesariensis, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 123; eique, occasione bireti impositionis, B. P. gratulatur, 273.

Gasquet Aidanus abbas, et universae Congregationis Anglo-Benedictinae praeses, epistolam accipit, qua B. P. laetatur ob tertium exiens saeculum a Duacensi coenobio S. Gregorii

Magni inito, memoriae revocat vices instituti Benedictini in Anglia, qui, non sine sanguinis effusione, extermi natum, II 166, in proximam Galliam confugit, ibique paullatim revisit usque ad novam tempestatem, qua eo redire est coactum; coenobium Gregorianum et disciplinae integritate, studiis et artibus, et adulescentium educatione insigne, laudat, I 167; solemniaque festa probat ad tot tantaque recolenda, et concedit ut Missae votivae S. Gregorii et defunctorum certa die dici queant, et conventos super abstinentia ieunioque dispensat, episcopoque Neoportensi facultatem facit Suo nomini populo benedicendi; item perpetuo coenobii altare maximum gregoriano privilegio ditat, certisque Congregationis coenobiis *Indulgentiae de Portiuncula* privilegium concedit, 168; — aliam epistolam accipit qua B. P. vehementer gratulatur ob delatum sodalibus Benedictinis munus de nova Vulgatae latinae editione, confidens concredi muneris finem fausto exitu eos fore assecuturos, IV 117.

Gaudé Leonardus, sacerdos e Congr. Ss. Redemptoris, ob novam editionem Theologiae moralis S. Alfonsi laudatur, qua, revocatis ad trutinam testimoniis auctorum quae a S. Doctore afferuntur et collatis sententiis ab eodem in variis editionibus defensis, eiusdem mentem apertius ostendit, II 133.

Gaudisiensis dioecesis eadem abstinentiae et ieunii lege tenetur qua Italia, III 190.

« *Gebets Kreuzzug* »: oratio a fidelibus ei addictis dici solita, indulgentiis datur, V 318.

Geographiae Biblicae studium commendatur in Seminariis qui gradus academicos conferendi ius habent, III 75.

Georgii (S.) vicarius apostolicus in insula Terranova in dioecesim erigitur, quae suffraganea erit novae archidiaecesis S. Ioannis, I 168.

Germaniae: - *Catholicorum conventus probantur*, II 155; v. *Burguburn, Custodis, Fischer, Laarmann, Pustet*.

— *episcopi* v. *Kopp*.

— *imperator* v. *Gulielmus*.

— *imperium universum a die 15 aprilis 1904 obnoxium erit decreto Tametsi S. Tridentini concilii: matrimonia mixta tamen, quamvis interdicta, valida erunt, etiam absque forma Tridentini contracta*, III 11, item valida censenda sunt matrimonia acatholico rum iisdem in adiunctis celebrata, 12.

— *societas catholicae foederatae*: earum sodales B. P. alloquitur, eisque gratulatur de uberibus fructibus perceptis; ubiores fructus illos percepturos affirmat, si fidei ac scientiae fundatum simul semper posuerint, IV 283.

Germanica societas seminarum sacris expeditionibus iuvandis ob Oratorii sacram suppellectilem B. P. muneri missam, gratias accipit, I 412.

Germanorum Catholicorum in Italia degentium quae sit tristis conditio, quam a Societate Bonifaciana sublevaturamiri confidit B. P., I 252.

Ghizoni Amadeus, commentarii *Il Catechista Cattolico* moderator, epistolam accipit, qua B. P. probat consilium habendi conventum de christiana catechesi, cuius traditio plurimum conferet ad omnia in Christo instauranda, II 17.

Gibbons card. Iacobus, archiep. Baltimorensis, epistolam accipit, qua B. P. probat consilium colligendi symbolas in foederatarum Americae civitatum ecclesiis pro Lyceo magno Washingtonensi, cui ille praeest, I 32: - item aliam, qua B. P. ecclesiae cathedralis Baltimoresensis, quae quasi caput religionis catholicae in America fuit, III 53, centenaria sollemnia probat, et Americanum bortatur populum, ut ea ad religionem provehendam conferant, 54: - item aliam qua B. P. gratias agit ob aedes ad Delegati Apostolici habitationem eorum sumptiu-

bus absolutas et Sedi apostolicae muneri oblatas, III 215: - aliam similiter accipit qua B. P. vota ob solemnem sacerdotii Sui memoriam ab eo, nomine etiam aliorum episcoporum foederatarum Americae civitatun, per litteras exhibita, gratissima Sibi fuisse dicit, V 263, eosque laudat de reverentia erga Christi Vicarium, de obsequio fidei Magistro praebito, sed maxime de amore in communem Patrem; iucundum item Sibi dicit quod ii pie commemorarint Se eo tempore sacerdotium iniisse quo B. M. V. Lapurdii apparuit, a qua certe in toto Pontificatus cursu se adiutum esse sensit, et adiutum iri sperat: eos demum hortatur ut Gallicae ecclesiae pacem a Virgine deprecentur, 264: - idem, cum ceteris earumdem civitatum Episcopis communem accipit epistolam, qua B. P. gratias rependit ob gratulatorias litteras, I 291, et in Americam propensam voluntatem significat, 292.

Gil de Federich Franciscus (Ven.), Dertusae in Hispania natus, et Praedicatorum Ordinem amplexus, una cum Matthaeo Alonzo Leziniana Philipinas insulas, deinde Tunquinum petiit, III 88, ibique multis exantlatis laboribus, carcerem complures annos passus, et una cum ipso Matthaeo capite plexus est, 89; v. *Tunquinenses martyres*.

Goossens card. Petrus Lambertus, archiep. Mechliniensis, una cum ceteris episcopis Belgarum, laudantur ob totius nationis B. Virginis Mariae simultaneam consecrationem, recurrente L anniversario a definitione dogmatis immaculatae Conceptionis, II 5: item aliam epistolam accipiunt, qua B. P. eis gratulatur primum proxime supponendum lapidem aedificando templo Ssimo Cordi Iesu ad vota Belgarum regis populique explenda, II 170, templumque dignum futurum confidit nationis tam illustris et tam catholicae, et calice sacrificali ditat, 171.

Goyasensis dioecesis in Brasilia a Mariannensi novis finibus seiungitur, I 129: ab ea, nimis lata, regio *Triangulo Mineiro* dicta dismembratur, V 121, et in novam dioecesim erigitur de *Uberaba* nuncupandam, 122, v. *Uberaba*.

Gradecius Melchior (Ven.), in Silesia ortus et Societati Iesu adscriptus, apostolico ministerio se totum dedit, atque Cassoviam accersitus, a Racoczy capti urbe, post varia tormentorum genera, una cum Marco Stephano Crisino et Stephano Pongraczio fortiter tolerata, 376, capite obtruncatur, 377. - Eorum omnium beatificatio, v. *Crisinus*.

Gradualis Romani editio Vaticana uti authentica ac typica declaratur, IV 133; editionibus quae modo adhibentur substitui debet; Propria uniuscuiusque dioecesis sic restaurentur, ut conformia reddantur gregorianis concentibus eiusdem typicae editionis, 126.

Gradus Academici: eos conferendi protestas fit Commissioni Biblicae, I 177, et facultati theologicae universitatis studiorum Bonnensis in Germania, II 21.

Graecus biblicus sermo: periculum de eo ad gradus theologicos assequendos necessarium, III 76.

Greatormensis dioecesis in foederatis Americae septentrionalis civitatibus, territorio a dioecesi Helenensi avulso, erigitur, et Oregonopolitano archiepiscopo, suffraganeo iure, subditur, I 282.

Gregorianum Athenaeum: alumni Collégii Pi-Latini-Americaní eius scholas perpetuo celebrabunt, II 61, v. *De Maria*.

Gregorii XVI acta: quae inter RR. PP. Bullaria sola desiderabantur, a sac. Antonio Bernasconi collecta editaque, probat B. P., I 400, eaque Sedi apostolicae et Venetis omnibus grata fuisse edicit, 401.

Gregorius (S.) Magnus anno mccc ab eius obitu recurrente, summis laudi-

bus ornatur, I 189: in tristissimis Italiæ, Urbis, Ecclesiae temporibus, 190, Gregorius securitatem reddit religioni et patriæ, 191, Longobardos Italiæ, Visigotos Hispaniae invasores, Britannos adhuc idololatras Ecclesiae adiunxit, 192, in Deo tantum confisus, 193; necessitatem edixit coniunctionis cum Ecclesia tam pro individuis, 196, quam pro societatis; Ecclesiae iura fortiter vindicavit, 197, supernaturem vitam prece, instructione, caritate fovit, 203, Iesum crucifixum aperte praedicando, 205, et clerum populumque ad pietatem et ad bonos mores incitando, 206; manus cuique citius non imponens, 208, a clericis actuosaे vitae fructus requisivit, 209.

Groffier Valerianus epistolam accipit, qua B. P. probat librum ab eo conscriptum *Héros trop oubliés de notre épopée coloniale*, quem præsentibus temporibus maxime accommodatum declarat, III 40.

Grosoli comes Ioannes epistolam accipit, qua B. P. conventui catholicorum Bononiae proxime habendo commendat concordiam inter diversas consociationes et obedientiam auctoritati Pontificis et episcoporum, I 51.

Gruscha card. Ant. Iosephus, archiep. Vindobonensis, ceterique Austriae episcopi, ob litteras e Vindobonensi coetu missas, epistola laudantur, et ad omnia in Christo instauranda incitantur, I 95: - item aliam accipiunt qua B. P. dolet complures adulescentulos, studiis addictos, a catholica sententia recessisse; episcopos laudat ob sollicitudinem pastoralem qua huiusmodi malis obsistere et repugnare contendunt, eosque hortatur ut maiores sumant vires ad fidem gregis commissi tuendam, II 56: - item aliam, qua B. P. Austriae episcopos et fideles hortatur, ut in conventu proxime habendo studeant fidei defendendae, 161, contra eos qui fidem civili aetatis huius cultui et legitimae eura-

tioni tenuium non congruere dictitant, et ut conatibus obsistant eorum qui scholas e Catholicorum manibus eripere et Religioni hostibus tradere nituntur: ad hoc concordia et caritas in conventu habeantur, 162, omnibus posthabitibus curis quae rei catholicae non intersint, 163: - item aliam, qua B. P. laetatur ob optimos fructus conventus Vindobonen-sis nuper habiti, praecipue ob consilium obsistendi, bonarum ephemeridum ope, malorum diariorum veneno, III 18, et ob societatem *Piusverein* ad id institutam; cuius operis opportunitatem necessitatemque agnoscit, 19; confidit opinionum dissensio-nes et civilium partium studium vel nationis discrimina non esse interceptura opus, quo omnis Austria cat-holica salutem quaerere debet, 20: omnesque fidèles monet, ab inimicis abstineant diariis et catholicis succurrant, 21: - similiter aliam qua B. P. gratias agit ob litteras, quae nomine episcoporum Austriae e conventu Vindobonensi ad Se miserat, commendat amo-rem in Se ostensem, et consilium servandi Sedis apostolicae praescritio-nes et praecelta, III 223, et praecipue clericos a recenti sentiendi co-gitandique modo arcendi, 224.

Guadalajara (de) archidioecesis in Me-xico duas parochias cedit dioecesi de Aguas Calientes, V 133, v. *Aguas Calientes*.

Guilelmus, imperator Germaniae Borus-siaeque rex, epistola gratias accipit ob primum volumen operis Ernesti Steinmann ad illustrandum Sixtinum sacrarium B. P. munere oblatum, I 268: - item ob alterum, III 7.

Guiot Iosephus v. Kleiser Ioannes.

Guisasola et Menendez Victorianus, episc. Matritensis, archiep. preeconi-zatus Valentinorum, epistolam accipit, qua B. P. discordias in Hispania ortas, occasione duorum scriptorum in Commentario *Razon y Fé* editorum reprobat, scripta eadem a doctrina

Ecclesiae aliena non esse declarat, III 42, et uniuersitate civi obligationem inesse dicit curandi, ut regni et civi-tatis comitia illi adeant qui religionis ac patriae utilitatibus magis prospe-cturi videantur, 43.

Haereses a Congr. S. Officii iudicantur, IV 148.

Haereticorum operam quam maxime in Bohemia et Austria explicari dolet B. P., I 251.

Haitianae provinciae ecclesiasticae epi-scopi v. *Conan*.

Haxthausen (de) baronissa, praeses So-dalitatis Germanicae feminarum sa-cris expeditionibus adiuvandis, ob Oratoriū sacram suppelletem B. P. muneri missam, gratias accipit, I 412.

Hebraicus sermo ad gradus theologicos assequendos necessarius, III 76.

Helenensis dioecesis scinditur et erigitur novadioecesis Greatormensis, quae suf-fraganea manebit archiepiscopi Ore-gonopolitani, I 281.

Helvetiae episcopi v. *Egger*.

Helvetiorum pontificalis domus cohors, a Iulio II instituta, cd natalem cele-bratura, ob eximia in Sedem apo-stolicam merita, praesertim ob Cle-mentem VII a Borboniana caede inco-lumem servatum, III 5, ob fortiter gesta in navalī pugna apud Echi-nadas, ob constantem in omni for-tunae varietate in Romanos Pontifices fidelitatem, laudatur, omnesque cohorti adscripti sive emeriti peculiari nu-mismate decorantur, 6.

Hermosilla Hieronymus (Ven.), episc. Mi-letopolitanus: in civitate S. Dominici Calceatensis in Hispania natus, III 90, et Praedicatorum Ordinem in-gressus, ad Philippinas insulas pri-mum, dein in Tunquinum mittitur: ibique multis exantlatis laboribus, B. Ignatio Delgade vicario apostolico Tunquini orientalis coadiutor datus, ei pro fide interempto in munere succeedit, et plures annos in speluncis, in dumetis, in paludibus lati-

tans, tandem proditus et cum Iosepho Khang alumno apprehensus, atque crucifixum pedibus calcare constantissime recusans, in carcerem truditur, et cum Valentino Berrio-Ochoa et Petro Almatò capite caeditur, 91, v. *Tunquينenses martyres*.

« *Héros trop oubliés de notre épopée coloniale* » librum a Valeriano Groffier conscriptum laudat B. P., utpote qui in memoriam revocet expeditiones sacras, earumque benefacta civili et religioso cultui, III 40.

Herrero Restrepo Bernardus, archiep. Bogotensis, ceterique Reipublicae Columbiana episcopi, epistolam accipiunt, qua B. P. eis gratias agit ob communales litteras sacerdotii Sui iubilaeum gratulantes, eosque laudat ob conventum habitum ad populi Columbiani salutem communi consilio accurandam, V 335.

Heylen Thomas Ludovicus, episc. Namurensis, praeses consilii permanentis congressibus eucharisticis parandis, epistolam accipit qua B. P. utilitatem annualium coetuum agnoscit, III 156, ad fidem et caritatem his temporibus infirmiores excitandas, et Vincentium card. Vannutelli Delegatum Suum creat qui proximo Tornacensi conventui praesideat, 157.

Hibernia, quoad dependentiam a Ss. Congregationibus, ad ius commune deducitur, IV 153; — *peregrinis* ex ea de votis in quinquagesimo sacerdotii Sui natali expressis B. P. gratias persolvit, IV 301: de eorum constanti erga catholicam religionem fide gratulatur, optans ut Anglia ad antiquam matrem redeat, 302.

Hierarchia: propositio quae docet eam exiguum tantum germen in Evangelii habere, damnatur, V 83.

Hierosolymitani Ordinis equitibus, vacante Sede apostolica, dies constituantur, quo sacrum Collegium congregatim adire possint, III 246.

Hierosolymitanus Patriarcha pro tempore, locum tenens Ordinis a S. Se-

pulcro, Equites mominandi ius habet, V 36.

Hippolyti (S.) dioecesis domus quasdam cedit dioecesi Linciensi, I 46.

Hispalensis conventus episcoporum ad praescripta super ecclesiastico cantu exsequenda laudatur, V 332.

Hispania: normae dantur pro regimine Ordinum Fratrum Minorum et Scholarum Piarum in ea, I 298, v. *Regimini unitas*.

— *episcopi*: v. *Almaráz*.

— *foederatae eius sodalitates catholicae*, in quibus, seposita quacumque in re politica opinionum diversitate, attendatur tantum catholicae professioni, laudantur, II 147.

— *peregrinis* ex ea B. P. gratias agit de votis Sibi in quinquagesimo sacerdotii Sui natali exhibitis; Hispaniam regnum esse fide et operibus vere catholicum laetatur, IV 284; gaudet ob preces pro Se apud Virginem effusas, peregrinorum pietatem gratulatur atque eos benigne hortatur ut in fidelitate doctrinae et legibus Ecclesiae permaneant, 285.

— *rex* v. *Alfonsus, Battenberg*.

Hollandia, quoad dependentiam a Ss. Congregationibus, ad ius commune deducitur, IV 153.

Homilia de Evangelio in parochiali sacro semper habenda, II 81.

Huajuapamensis a Leone dioecesis vocabitur, quae hucusque de *Mixtecas* denominabatur, I 61.

Hungariae episcopi v. *Vassary*.

— *peregrinis* B. P. grati animi sensus exprimit de votis Sibi in quinquagesimo sacerdotii Sui natali exhibitis; eorum laudat fidem illosque hortatur ut eadem semper virtute catholicam Ecclesiam ab eius adversariis defendere pergent, IV 287, eamque ab illa immoderata critica praesertim tutent, quae de obviis dubitat et sanctissimis rebus, 288.

— *rex Apostolicus*: eum praesidem solemnium septies saecularium S. Elisabeth, gaudet B. P., V 108.

Iaciensis dioecesis paroeciam « Pradilla » cedit archidioecesi Caesaraugustanae, I 34.

Iacobus (S.) apostolus: propositio quae docet eum in sua epistola sacramentum promulgare non intendisse, damnatur, V 82.

Jansenismus a frequenti Communione fideles arcuit, II 252.

Janssens Laurentius epistolam accipit qua B. P. laudat curam exornandi hypogeum Cassinense Ss. Benedicti et Scholasticae; laetatur ob studia cultiorum ex variis gentibus hominum in eumdem Sanctum, hoc maxime tempore religiosis Ordinibus tam infenso, et faustum operi adpreceatur exitum, II 13.

Janvier E., sodalis Dominicanus, ob orationes Parisiis per Quadragesimam habitas et B. P. reverenter oblatas laudatur, I 90.

Ieiunii et abstinentiae lex in tota Italia uniformiter reformatur, III 190; indicantur dies ieunio, abstinentiae totali a carnis eiusque omnibus derivatis, aut abstinentiae a carnis et iure a carnis expresso addicti, 191, et conceditur Ordinariis facultatem ieunium vel abstinentiam in aliquo Festo ex solemnnioribus Ecclesiae, aut Patronorum, aut etiam in nundinis annualibus incidentia transferendi, vel, gravissimis de causis, etiam super iis dispensandi, 192; - relaxatio spectat ad Congr. Concilii, IV 151; - aliquibus Religiosis familiis propria manent in suo robore, V 34.

Iesus Christus: propositiones quae docent eius divinitatem, V 79, vel eius conscientiam dignitatis Messianicae, aut scientiam eius infallibilem et illimitatam ex Evangelii probari non posse, doctrinamque de eo a Paulo, Ioanne et conciliis traditam non eam esse quem Ipse tradidit, eumque errorem de proximo adventu messianico esse professum, 80, eiusque resurrectionem non esse factum ordinis historici, 81, aut ab eius mente alienum

fuisse societatem diu duraturam constitutere et corpus doctrinae omni tempore et homini applicabile, damnatur, 83.

Ignoratio rerum divinarum, praecipua causa nequitiae temporum, quam large pateat apud populos, et exitiosa mala gignat, II 70.

Impedimentum: v. *Disparitas cultus, mixta religio*.

Inaequalitas socialis a Deo volita, I 119. *Incardinationis* leges, a Leone XIII iam latae, nempe ut ea scriptis, absolute et in perpetuum fiat, requisito a clero iuramento manendi dioecesi addicto, et tantum postquam constiterit clericum ipsum excardinationem obtinuisse et ab episcopo dimittente opportuna de eo testimonia sint habita, III 219, item de prudentia magna in admittendis huiusmodi clericis, praecipue diversae linguae ac nationis, ad sacros Ordines, 220, confirmantur et extenduntur etiam laicis ad eosdem promovendos, servato decreto de alumnis a Seminariis expulsis et iuramento ante clericalem tonsuram exigendo, ad quod tamen non admittantur, nisi qui maiores sint aetate, 221.

Independentiae et insubordinationis spiritus hic inde in clerum serpens episopis denuntiatur, III 164, atque omni ope obsistendus edicitur, prudenter in Ordinibus conferendis, 165, vigilantia in Seminariorum alumnis instituendis, 166, in praedicationis officio committendo, 168, et in actione populari christiana sacerdotibus permittenda, 170.

Indicis (S. Congr.): excutit delatos sibi libros, prohibet vel exemptiones concedit, IV 154, 225; excitat zelum Ordinariorum, 154: ea de librorum prohibitione commune habeat secretum cum S. Officio, 154, 226; propositio quae docet eius decisiones qui parvendant, ab omni culpa immunes habendos esse, damnatur, V 77.

Indorum Territorii vicarius apostolicus in foederatis Americae septen-

trionalis civitatibus in dioecesim erigitur, Oklahomensem nuncupandam, II 158.

Indulgencie conceduntur: - pro oratione ad B. Mariam Virg. immaculatam, I 31, - per annum qui praecedit l. a proclamatione immaculatae Conceptionis, I 93, - in forma Iubilaei in l. anniversario ab immaculatae Conceptionis dogmate proclamato, I 162, - pro addictis Operi a Praeservatione Fidei, II 179, - pro certa obsecratione ad Cor Ss̄m̄ Iesu, V 96: - pro oratione a Crucifixu precum nuncupata, V 318.

Indulgenciarum (Ss.) et Reliquiarum
S. Congregatio a Clemente VIII et Clemente IX instituta, I 142, ob affinitatem obiecti, spiritus et officiorum in perpetuum unitur S. Rituum Congregationi, 143; - concessio ad Congr. S. Officii devolvitur, IV 148; modus circa illas procedendi, 212.

Infantia (Opus a S.), anno 1906 aliquid detrimenti passum non esse, gaudet B. P., V 9.

Infirmitatis in electione summi Pontificis sorte extrahantur, III 272, adeant Cardinales infirmos, qui capellam ad scrutinium adire nequeant, 276, schedulas unicuique praebant, et ab illis conscriptas in capsula clausa referant, quod performare poterunt, dum alii Cardinales scrutinium peragent, suis votis statim post Decanum emissis, 277.

Infirmis, qui a mense iam decumbant sine certa spe ut cito convalescant, permittitur Communio bis in hebdomada vel in mense, etiam si per modum potus aliquid sumpserint, III 231.

Inspiratio: propositiones quae docent eam omnes Scripturae partes ab errore non praemunire, et in V. T. tantum consistere in novo aspectu a scriptoribus dato religiosis disciplinis, damnantur, V 78.

«*Instaurare omnia in Christo*» propositum et symbolum totius Pontifica-

tus a B. P. initi, I 3, 56, 219; Austriae episcopis proponitur, 96; per Mariam expeditius oblinendum, 150; incipiat oportet a Romana dioecesi, 170, et in ea a clericorum institutione, 257: ad hoc erga B. Mariam Virg. devotio maxime conferet, 393, exercitorum spiritualium consuetudo, 408, christiana catechesis populis exhibita, II 17, et actio catholica, 117.

Institutio canonica, iustis de causis, negari potest episcopis, iuxta pactas conventiones a civili potestate nominatis, III 187: quod tamen apostolica Sedes rarissime fecit, 188: et pro iis tantum qui hoc munere erant indigni, 190.

Insulense Lyceum magnum, de Ecclesia et civitate tam bene meritum, laudat B. P., eique omnes Galliae fideles liberali manu subventuros confidit, II 11.

Interamnensis dioecesis aequa principaliiter unitur cum Narniensi, V 31, unica eis constituta curia episcopali, manentibus vero duobus Seminariis, et duabus Capitulis, quae tamen, sede vacante, in unum coalescent ad unicum vicarium capitularem eligendum, 32.

Ioachim (S.) in pratis paroecia in Urbe constituitur, II 106.

Ioanna ab Arco: liber de ea conscriptus laudatur, I 312.

Ioannis (S.) Apostoli: propositiones quae docent eum non esse testem de Christo, sed de vita christiana exeunte saeculo, V 79, nec tradidisse doctrinam de Christo quam Jesus docuit, sed quam conscientia christiana concepit, damnantur, 80, v. *Evangelium*.

Ioannis (S.) de Terranova dioecesis in archidioecesim erigitur eique suffraganeae subiiciuntur dioeceses S. Georgii et Portus Gratiae, I 168.

Ioannis (S.) Florentinorum templum in Urbe, paroeciam et Capitulum recipiet Ss. Celsi et Iuliani, III 209.

Joao Baptista (S.) da Canastra pagus integrum dioecesi Goyasensi subiicitur, I 131.

Jolietensis dioecesis, in territorio erigitur ab archidioecesi Marianopolitana seiuncto, cui archidioecesi suffraganeo iure suberit, I 139.

Iorio Petrus, archiep. Tarentinorum, occasione tertii conventus Sodalitatis captivitati abolendae epistolam accipit, qua B. P. eidem sodalitati gratulatur finem intentum, et veram libertatem a Christi praecepsis impletis emanare dicit, I 414.

Joseph (S.): tractatus dogmaticus de eo, ab Alexio Maria Lépicier conscriptum, Sibi dicari permittit B. P., IV 168.

Joseph (S.) via Nomentana paroecia instituitur, III 2.

Isaiæ liber: de eiusdem indole et auctore, IV 140 sq.

Italia: - actio in ea popularis christiana laudatur, I 117 et reformatur, 313; - abstinentiae et iejunii lex in ea uniformiter ordinatur, III 90.

- *episcopi*, encyclicas litteras recipiunt, II 112, quibus B. P. memoriae revocans necessariam coniunctionem inter varia membra mystici Corporis Christi, Suam benevolentiam erga « Actionem Catholicam », quam voce et scriptis plures testatus est, 113, confirmat; eamque tam spiritualia bona spectare edicit, 114, quam omnia quae ad civilem cultum attinent, qui ab Ecclesia originem ducit, ab eaque firmatur, 115. Coniunctionem inter civilem et ecclesiasticam potestatem maximam bonorum fautricem, desse luget, confuditque in divino Ecclesiae auctore, 116. Viribus in unum coactis, civilem cultum ad christianas leges redigere, populosque, operarios praecipue et agricolas sublevare, 117, Dei iura propugnare, ea est actionis Catholicae provincia, semper ab Ecclesia promota in mutabilibus temporum conditionibus, 118. Ad ea tamen exequenda in primis necessaria est gratia Dei, qua vita vere christiana obtinetur, et sine qua intentio recta et vires in adversis rebus esse non possunt, 120. Omnibus praesentis

temporis difficultatibus solutio inventienda et propugnanda, 121, unitis viribus, iuxta normas ab apostolica Sede editas, in consociatione « Unione popolare », 122, a qua pendeat pro re oeconomica Opus a Congressibus et Comitatibus catholicis, rei publicae tam benemeritum, 123. Ad haec omnia adhibeantur media a moderno cultu et civilibus iuribus suppeditata, 124, salva tamen proibitione accessus ad politicas electio-nes, ad quas, de apostolicae Sedis indulto, certis accedere poterunt conditionibus catholici, qui proinde se paratos reddent, 125. Varii generis opera, quae tamen et fine et mediis Religioni consentaneis utantur, probantur, 126, earumque omnium communes coetus promoventur, 127. Omnia tamen huiusmodi opera actionis catholicae sub omnimoda dependentia episcoporum maneant, 128; queriturque B. P. de quorundam defectionibus ab ea dependentium, curandum autem ne clerici nimium a spirituali ministerio ad huiusmodi opera deflectat, 129, isque nullimode absque venia Ordinarii sui in his consociationibus partem habeat, 130. Hortatur B. P. episcopos ut operi alacriter incumbant, 131, fidentes Christo et Spiritus divini virtuti, 132: - item aliam qua B. P. sollicitus de gregis Sibi concrediti salute et de ratione Deo reddenda, III 163, eis denuntiat spiritum insubordinationis et independentiae, ac morum corruptionem in clerum hinc inde serpentes, 164, et hortatur ut malum semen omnino destruant, a clero omnimodam obedientiam exigentes, ut cautissimi sint in manibus clericis imponendis, nulla habita ratione nec de parvo numero clericorum, 165, nec de importunitate Ordinandorum eorumve familiarum, memores sacerdotium non esse humanam vitae conditionem; hortatur item ut Seminario rum disciplinae invigilent, iuxta alias decreta a Leone XIII, philosophiam

et theologiam celebrantes alumnos cogant in peculiaribus Seminariis, 166: item ut haec unice clero instituendo inserviant; ut philosophica et theologia studia ad mentem S. Thomae informentur; ut publicas studiorum universitates alumni non adeant sine peculiaribus causis et permissione episcopi, extraneis agitationibus ne turbentur, diarios periodicasque ephemerides non legant, eisque spiritus directori non desit qui pietati eos informet, 167; sacerdotum iuniorum etiam disciplinae invigilant episcopi, ne ii verbi ministerio ad perditionem utantur; nemini ministerium ipsum credentes, nisi vita, scientia et moribus probatis, et curantes ut iuxta praescripta Leonis XIII Evangelium praedicetur, 168, non vero vana eloquia, et ut Scriptura sancta tanquam fundamentum totius praedicationis habeatur: ab huiusmodi ministerio ex officii episcopalnis obligatione, omnino arceantur qui magis sua quaerunt quae Iesu Christi, 169; pro sacerdotibus actioni populari christianaee addictis serventur omnino normae a Leone XIII et a Se datis, 170, iique diaria ne instituant neque moderentur, pariterque libros ne edant, sermones de eadem actione sociali ne habeant, nisi de speciali Ordinariorum permissione; nihil in scriptis redoleat contemptum approbarum devotionum aut novitatum cupiditatem, 171, et in omnibus caveant sacerdotes ut, populum sine debitis cautelis adeuntes a dignitate sacerdotali non deficiant: prohibentur item sacerdotes ne nomen alicui dent societati absque episcoporum venia, 172, et poenis canonicis mulcentur qui consociationi *Lega democratica nazionale* se adiungant, 173; - item epistolam encyclicam a S. Congregatione Episcoporum et Regularium accipiunt, qua studiorum ordo in Seminariis adhibendus, V 43, a B. P. adprobatus, traditur, 48, atque incitantur ut eidem S. Congr. referant

de ratione scholarum in ipsorum Seminariis, et elenchum doctorum et librorum adhibitorum tradant, 45.

Itali clerci: eos Neo-Eboraci proprio donatos esse seminario, gaudet B. P., I 180.

Italicum Gubernium: ei in scriptis opem et auxilium S. Collegio offerenti Sede apostolica vacante non respondeatur, sed Cardinalis Decani litteris diplomaticus coetus exoretur ut gubernio italicico significet, III 317, S. Collegio fas non esse aliquid mutare in relationibus mutuis inter Italicum gubernium et Sedem apostolicam, ideoque cum illo nullam habendam esse communicationem, nec ei respondendum esse de ordine extra apostolicum palatium; quod item voce respondeatur si opus et auxilium verbis oblatum sit, 318.

Itali sacerdotes in Americam vel Philippinas insulas migraturi vel proficiscentes, quibus legibus teneantur, I 63, v. *Sacerdotes*.

Iubilaeum conceditur in honorem B. Mariae Virg. immaculatae, I 162.

Iudeorum caedes in Polonia improbantur, II 199.

Iulia Aloisia a Iesu (B.), in saeculo Rosa Chrétien, vidua, quamquam ardenti difficulte ingenio, modestiae exemplar brevi facta est, et mortis formidinem fortiter superavit, III 112, v. *Carmelites Compendienses*.

Iustitia proletariis et operariis onera imponit, opus aequa conventum integræ perficiendi, personas resque dominorum non offendendi, violentiam in suis iuribus defendendis non adhibendi, I 120; dominis autem et divitibus onera imponit, iustum operariis mercedem praebendi, vim, fraudes, usurasque contra eos non exercendi, ad religionis actus peragendos libertatem donandi, corruptioni eos non exponendi, nec opera viribus superiora eis imponendi, I 120.

Inventutis Catholicae Societatem alloquitur B. P. eamque difficillimis Ec-

clesiae temporibus exortam, de adolescentium moribus, de Ecclesiae iuribus, de Romano Pontifice bene meruisse testatur, I 430, omnia caritatis in Deum et homines paecepta exsequatam: dein primordia societatis repetens, primaevam concordiam et aetatis provectionibus obedientiam memorat, quas virtutes imitandas praesentibus sodalibus proponit, 431.

Kennedy Thomas, rector Urbani collegii pro alumnis foederatarum Americanae civitatum, epistolam accipit, qua B. P. alumnis collegii eiusdem gratulatur studium doctrinae sacrae excollenda, constantiam disciplinae servandae et studium exercendae pietatis, II 51.

Khang Iosephus (Ven.), Tunquinensis, christianis parentibus natus: alumnus et famulus Ven. Hermosillae et in tertium S. Dominici Ordinem cooptatus, cum praesule suo in pectorum cymbis delitescens, apprehenditur, et fidem Christi generose confessus, capite plectitur, III 93, v. *Tunquinenses martyres*.

Kleiser Ioannes, protonotarius apostolicus, una cum Iosepho Guiot, auctores habendi congressus Marialis apud Eremitarum coenobium in Helvetiis, epistolam accipiunt, qua B. P. Mariales conventus probat, ex eisque ei qui apud Eremitarum coenobium proxime habebitur, gratulatur, III 97, ex eo quod pertractandae res ad actionem omnes informantur; conventuros hortatur ut pietati et morum puritati maxime insistant, atque varia in conventu ipso pertractandarum rerum argumenta probat, 98.

Kopp Georgius, S. R. E. card., episc. Vratislaviensis, una cum Antonio card. Fischer, ceterisque Archiepiscopis et Episcopis regni Borussici, epistolam accipiunt, qua B. P. gratias agit ob communes litteras e Fuldeni conventu datas, quibus patet ipsorum eorumque gregis studium religionis et cum

apostolica Sede coniunctio, II 135: - item aliam, qua B. P. grati animi pandit sensus ob communes obsequii et devotionis litteras e Fuldeni conventu datas, conventumque eumdem ad Ecclesiae Borussicae utilitatem profuturum confidit, III 194: - ei viginti quinque episcopatus annos explenti, gratulationibus ex omni Germania episcoporum quae et caritatem inter eos intercedentem, et amplitudinem meritorum eius indicant, Suas addit B. P., eum laudans ob diligentiam pastorem et coniunctionem voluntatis cum apostolica Sede, V 7, et fausta ei ad precatur, 8: - idemque cum Antonio card. Fischer, Thoma archiep. Friburgensi, ceterisque e Germania episcopis qui Fuldam convenerunt, epistolam accipiunt qua B. P. eorum coniunctionem cum Sede apostolica, pastoremque diligentiam laudat, quippe qui solliciti sint de fide gregis sibi commissi, quae impetrant tum ab adversariis Ecclesiam scientiae favere negantibus, V 107, tum a domesticis plus aequo acatholicis concedentibus; eosque hortatur ut dent operam coniunctioni omnium fidelium cum Sede Apostolica curandae, 108: - item aliam ipse accipit qua B. P. ob munificentiam eius et vota occasione L anniversarii sacerdotii Sui, ei gratias agit, V 325.

Korum Michael Felix, episc. Trevirensis, epistolam accipit qua B. P. ei gratulatur xxv episcopatus annum, eiusque pastorem industriam laudat quo magnus animarum profectus habitus est, III 186, eique fit facultas apostolicam benedictionem cum indulgentia plenaria suo populo impertiendi, 187: - item aliam qua B. P. laudat consociationem seminarum in urbe Coblenz institutam sacris adiutandis expeditionibus ad exteris, singulari studio non modo vitae auxilia sed etiam ad divinum cultum necessaria Evangelii praeconibus subministrantem, uti patet ex copia vasorum vestiumque saerarum in aedibus Vaticanis Sibi

ostensa, V 274; eique munus committit reliquis Germaniae episcopis desiderium suum patefaciendi ut ea societas in dies augatur, 275.

Kowalski Ioannem, sacerdotem Mariae Franciscae Kozlowska vicarium regendae toti Mariavitarum consociationi, qui Romam cum socio petiit, III 79, et obedientiam Romano Pontifici et proprio Episcopo, 80, etiam nomine totius associationis, scripto promisit, 82, in patriam reversum, promissorum oblitum, ea non exhibuisse, dolet B. P., 81: - excommunicatione maiori multatur et vitandus declaratur, 226.

Kozlowska Maria Francisca, alias *Felicia*, Mariavitarum totius sectae caput, quam beatae Mariae Virg. sanctitate parem praedicant, et sine cuius intercessione nemo salvus fieri possit, III 225, excommunicatione maiori nominatim ac personaliter mulctatur, et vitanda declaratur, 226.

Laarman Franciscus, doctor, praeses coetus conventui catholicorum Germaniae in urbe Essendiensi apparando, epistolam accipit, qua B. P. laetatur ob diligentiam ab eo et collegis exhibitam; confidit conventum ipsum parem futurum aliis Germaniae catholicorum coetibus, quos laudat, III 177, utpote qui Orbi ostenderint catholicos non verbis sed actione decertaturos esse, ut christiana fides, quae languescat, reviviscat: et gratulatur urbem Essendensem, tam in religioso quam in civili genere actuosam, ad coetum ipsum, cui fausta adprecatur, delectam esse, 178.

Lac et lacticinia quando prohibeantur in Italia, III 191.

Laicorum opera qua ratione ad Religione provehendam utilis evadat, I 13; hucusque habita laudatur, 117; ad eam normae iam a Leone XIII datae iterum promulgantur, 118, 124 v. *Actio popularis christiana*.

Lapurdensis Virgo: de proposito Tarbiensis episcopi et dioecesis imaginem eius in Vaticano instaurandi laetatur

B. P., I 133, v. *Maria*; - eius apparitionis festum ad universam extenditur Ecclesiam, IV 115.

Lateranensis Basilicae poenitentiarii v. Poenitentiarii.

Lauchoroski Brzesic Carolus, epistolam accipit, qua B. P. ei gratulatur volumen de patriarchali Aquileiensi templo ab eo, Georgio Niemann et Henrico Swoboda editum, quod in Bibliotheca Vaticana servari mandavit, III 56.

Laurentii (S.) in Lucina in Urbe templum, paroeciam et Capitulum recipiet S. Angeli in foro piscario, III 209; idque, unum ex praecipuis de Urbe, primus titulus presbyteralis post patriarchales basilicas, populi frequentia et cultus splendore insigne, V 330, ad basilicae minoris dignitatem evenerit, 331.

Lauretana Congregatio S. Congregationi Concilii unitur, IV 152.

Lavalliana studiorum Universitas Quebeci in Canada, laudatur ob pietatem in Romanum Pontificem, eique optime meritae B. P. gratulatur, I 253.

Lavallianum lyceum magnum, v. *Bégin, Montmorency, Paquet*.

Le Camus Paulus Aemilius, episc. Rupellensis et Santonensis: librum ad refellendos Loisyanos errores ei gratulatur B. P., I 295.

Lécot card. Victor Lucianus, archiep. Burdigalensis, epistolam accipit, qua B. P. probat consilium cui studet *Consociatio ab Apostolatu eucharistico*, nempe ut plentissimi homines ad divinam Eucharistiam percolendam consentiant, aliis exemplo et incitamento futuri, V 95: se cupere dicit ut consociatio ipsa propagetur, qua ubique terrarum Catholicorum cordia caritate inflammatur, et certam obsecrationem recitantibus indulgentiam concedit, 96: - idem epistola a B. P. creatur Legatus Suus sollemnibus quinquagenariis ab apparitionibus B. M. V. Lapurdensibus, 141, eique fit potestas benedictionem apostolicam impertendi, 142.

Lectorensis dioecesis, initio saeculi XIX extinctae, titulus adiungitur archidioecesi Auxitanae, V 279.

«*Lega Democratica Nazionale*» consociationi nomen dantes, clerici incapacitate ad Ordines, sacerdotes suspensione a divinis multantur, III 173. *Legata pia* de competentia sunt Congr. Concilii, IV 151.

Legati civilium regiminum: eis, vacante Sede apostolica, certa dies ad S. Collegium simul congregatis adeundum assignetur, quod singulis nullimode concedatur, III 246: eis item, si Italicum gubernium opem et auxilia scripto offerat, litteris communicetur, nullam a S. Collegio haberi posse relationem cum Italico gubernio, nullamque responsabilitatem quoad ordinem extra palatium apostolicum, 317; aliae mittantur si quis musaeorum vel bibliotcae potiri, 318, vel excubias s. palatii armis exuere et italicas ponere conetur, 319: - iidem non recipiantur missi a guberniis quae relations diplomaticas cum defuncto Pontifice disrupterint, 320: - si Conclave extra Italiam habeatur, invitentur ut S. Collegium sequantur, 321.

Legati Pontifici munus non cessat Sede apostolica vacante, III 250.

Legitimatio prolis competit Congr. de Sacramentis, IV 150.

Lehodey Vitalis, abbas Cisterciensis reformatus, ob librum *Les voies de l'oraison mentale* B. P. oblatum, et vitae christiana cultoribus perutilem futurum, gratias accipit, V 334.

Lenz Desiderius ob artem in ornando Cassinensi hypogeo exhibitam laudatur, II 14.

Leo XIII summis laudibus extollitur, I 2, 55: laudatur de restituenda Thomistica philosophia in clericorum scholis, 135, et de academia S. Thomeae, 136, necnon de Commissione Biblica instituta, 176: - ob monumentum ei ab opificibus positum gaudet B. P., 293: - eius Constitutio *Praedecessores Nostris* de Sede apostolica vacante iterum edi-

ta, III 293, confirmatur, 240, cum adiecta instructione, 307, et in praeparatoriis congregationibus Cardinalium, III 244, et initio conclavis legenda praescribitur, 260.

Lépicier Alexius Maria, ex Ordine Servorum B. Mariae, doctor decurialis S. Theologiae tradendae in scholis collegii Urbaniani, epistolam accipit, qua B. P. laudat propositum eius librum conscribendi quo de S. Iosepho ratione in sacris disciplinis usitata agatur, quemque Sibi dicari permittit, V 168, simulque gratias agit ob volumen *De pertinentibus ad divinam operationem* ab eodem Sibi oblatum, 169.

«*Le pitture delle catacombe Romane*» opus a Ios. Wilpert editum probatur, quippe quod quotidiana primitivae Ecclesiae vitam patefaciens, I 289, veritatis catholicae nova argumenta praebuerit, 290.

Lerolle Ioannes praeses, et supremum consilium Consociationis Catholicae ex Gallia epistolam accipiunt, qua B. P. gaudet consociationem ipsam conveniunt, praesidentibus pluribus episopis, celebraturam iri, V 16, eiusque laudat consilium nempe salutem adolescentium in Gallia, et media quibus finem ipsum assequi conatur, disciplinam qua multiplices coetus in unum corpus coalescent, praesentiam sacerdotum qui etiam doctrinae studia moderentur, et obedientiam Romano Pontifici et episcopis in actione catholica praebitant, 17.

Leroy Hippolytus, S. I., epistolam accipit, qua B. P. ei gratias agit et gratulatur ob librum *Leçons d'Écriture Sainte: Jésus-Christ, sa vie, son temps*, ab eo inscriptum, Sibique oblatum, quod eruditorum iudicio, complurium pietati satisfacere, et nulli temerariae opinionum novitati indulgere edicitur, V 170.

«*Les voies de l'oraison mentale*» v. *Lehodey*.

Liberianum Capitulum in Sixtinum Sacrarium idem ius exercebit ac in reli-

- quas Basilicae partes; bonorum tamen eius rationes seorsim computentur, et superfluum, quadam parte seposita, ad sumptos extraordinarios in usum Basilicae converti poterit, I 99, 100.
- Libertas catholicae fidei concessa in Russo imperio*: de ea gaudet B. P., II 203, et Episcopos hortatur ut alacriter ea utantur, 204.
- Libertas vera* ab Ecclesia non cohibetur, sed pro viribus promovetur, I 58.
- Liem a Pace Vincentius*, Tunquinensis, Manilae institutus, in Ordine Praedicatorum receptus et sacerdotio initiatus, ad natalem terram vera fide imbuendam Tunquinum rediit, ibique apprehensus, fugiendi opportunitate detrectata, cum Francisco Castañeda capite plectitur, III 90, v. *Tunquinenses Martyres*.
- Limburgense Seminarium* proxime institutum iri gaudet B. P., V 41, idque bonis omnibus commendat, 42.
- Linciensi dioecesi* tribuuntur domus quaedam dioecesis S. Hippolyti, I 46.
- Litterae apostolicae*: in eis annus computabitur semper a kalendis ianuariis, IV 159.
- Liturgiae sacrae* studio maxime conferre opus a doctore Francisco Wickhoff susceptum, illustrandi codices in Austriae bibliothecis existentes, II 246.
- Logue card. Michaël*, archiep. Armaganus: dedicationem novi templi S. Patricii feliciter peractam ei gratulatur B. P., I 318.
- Loisy Alfredus* sacerdos, qui plura scriptis et verbo docuit fidei christianaee potissima fundamenta evertentia, et apostolicae Sedis repetitis monitis non obtemperavit, excommunicationis maioris sententia mulctatur et vitandus declaratur, V 182; eius errores in libro P. Aemilii Le Camus, episc. Rupellensis et Santonensis, refutatos esse gaudet B. P., I 295.
- Lombesiensis dioecesis*, initio saec. xix extinctae, titulus adiungitur archidioecesi Auxitanae, V 279.
- Longo Bartholomaeus*, eiusque uxor Maria Anna Fusco, ob merita in incremento et prosperitate rerum sacrarum Pompeianae Vallis a B. P. laudantur, IV 21, v. *Pompeiana*.
- Lorenzelli Benedictus*, archiep. Lucanus, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 28; et occasione bireti impositionis a B. P. laudatur, 267.
- «*Lourdes*» v. *Maria, Lapurdensis*.
- Lovanium in Belgio* v. *Americanum collegium*.
- Lualdi Alexander*, archiep. Panormitanus, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 28; et occasione bireti impositionis a B. P. laudatur, 267.
- Lucerina dioecesis* Troianae perpetuo et aequo principaliter inter se unitur, V 178, ita tamen ut illi, antiquitate Sedis praestanti, servetur honoris prae-eminentia, singulae vero suam curiam episcopalem suumque vicarium generalem, 179, suos synodales examinatores habeant, 180, sed unicus eis sit episcopus et unica synodus, 179.
- Luciae (S.) « del Gonfalone » in Urbe paroecia aboletur, II 106.*
- Luçon Ludovicus Henricus*, archiep. Rhemensis, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 123; eique occasione bireti impositionis B. P. gratulatur, 273.
- Lusitaniae episcopi* v. *Neto*.
- Lusitanum collegium* a Leone XIII in Urbe fundatum, I 238, summo amore prosequitur B. P., qui dolet per rumores conflatos in Lusitania eius de corem minutum, et episcopos hortatur ut eius utilitatem quaerant, 239: idque, cui mittendi essent alumni ex omni dioecesi regni Lusitani et coloniarum, defectu alumnorum proxime solutum iri dolet B. P., V 13, 14.
- Luxemburgensis dioecesis*, quoad dependentiam a Ss. Congregationibus, ad ius commune deducitur, IV 153.
- Maceratense templum B. Mariae Virg.*, quam primum perfectum iri cupit B. P., V 236, v. *Sarnari*.
- Mackensie (de) vicarius apostolicus*:

perdit districtum de Yukon, V 183, in praefecturam apostolicam erectum, quae Oblatis Virginis immaculatae concreditur, et provinciae ecclesiasticae Victoriae de insula Vancouver adscribitur, 184.

Mac Quaid Bernardus, episc. Roffensis, epistolam accipit, qua B. P. ei XL episcopatus annum proxime expleturo gratulatur, eumque laudat ob studium divinae gloriae, animarum salutis, et iuuentutis praesertim sacrae rectae institutionis, V 238.

Maffi Petrus, archiep. Pisanus, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 28, et occasione bireti impositionis a B. P. laudatur, 267.

Magno-Varadinensis Rumenorum dioecesis paroeciam Nagy-Karolycedit dioecesi Munchaciensi Ruthenorum, V 270.

Maiella Gerardus (B.), laicus professus Congregationis Ss̄ni Redemptoris: de eius canonizatione agitur in Consistorio, II 193: qui, a mundo despectus, a Domino honoratur et inter populi sui principes collocatur, 229. Muri in Lucania natus, adhuc puer, puerilibus abstiens, animi candore claruit et caelestibus signis saepe est recreatus. Adolescens, vestiariae arti addictus, pietati incumbens, iniustas vexationes patienter sustinuit, 230, et manuum suarum opere matrem sustentabat et pauperes necon defunctorum animas iuvabat. Variis pietatis generibus addictus, et in B. Virginem devotione praeclarus, cum a Capulatis Fratribus ob corporis gracilitatem exceptus non fuisset, eremiticam vitam magnis asperitatibus austera duxit, inde, conscientiae rectoris iussu, in civilem consortium regressus, puerorum ludibrio se exponi gaudebat, 231. Episcopi Laquedoniensis familiaris effectus, magna patientia, miraculis, atque occultarum rerum cognitione inclaruit; illoque mortuo, Congregationem Ss̄ni Redemptoris, per fenestram maternam domum effugiens, petiit, et illic religionis vota nuncupa-

vit, 232. Assiduitate in laboribus perferendis et in oratione, severa abstinentia et corporis castigatione, summa obedientia, curationum gratia, et imitandi Christi ardore insignis, atque animarum fidelium saluti ferventer incumbens, 233, falsis accusationibus impeditus, ac iejunio, reclusione, et ab Eucharistia abstensione mulctatus, ne verbum quidem excusationis protulit. Neapolim missus, miraculis claruit, et officium ianitoris sibi commisum, summa in pauperes caritate exercuit, sibi ipsi saepe cibum subtrahens, ut illis suppeditaret, 234, fidei rudimenta eos docens, et eleemosynis, pharmacis, hortationibus subveniens aegrotis. Dei caritate flagrans, eius voluntatem in omnibus facere satagebat: quandoque in extasim raptus et munieris parandi cibi oblitus, angelico ministerio suffectus est. Sacrarium Virginum compluribus in locis ei curae fuerunt, quam nullis parcens laboribus exercuit, 235. Incredibili peccati horrore percusus, ipsum repellere omnibus viribus conabatur, et scelestissimos peccatores ad bonam frugem convertit. Ad corrogandam stipem pro construenda *Domo Matris Dei* missus, in itinere sanguinis vomitu correptus, Neapolim redire cogit, ibique post aliquot menses, 236, spiritum Deo reddidit. Corpus, magnis prodigiis a Deo honoratum, maximo populorum cultu conditum est, 237. Eius causa beatificationis feliciter absoluta, 238, resumpta est ad canonizationem, et novis probatis miraculis, nempe satione Valeriae Baerts a febri typhoidea cum meningite coniuncta, et Vincentii De Geronimo a pleuritide exsudativa, 239, prodidit decretum de *Tuto*, et in Consistorio cardinalium ac complurium episcoporum votis exceptis, 240, Beatus noster, una cum B. Alexandro Sauli, Sanctorum honoribus est decoratus, 241.

Maiocchi Rodulphus sacerdos ab intimo cubiculo, et Nazarenus Casacca, sacer-

- dos sodalis Augustinianus, epistolam accipiunt qua B. P. grati animi sensus confirmat ob volumina de fastis Ticiensibus sodalium Augustinianorum Sibi oblata, eaque probat, utpote quae et diligenter sint edita, et ad honorem Ordinis Augustiniani redundant, V 29.
- Manaos (de) dioecesis* in Brasilia, largius patens dismembratur, ex eaque territorium *Rio Branco*, V 137, in abbatiam Nullius instituitur, quae subiicitur iurisdictioni abbatis B. M. V. de Monteserrato in civitate Fluminis Ianuarii, 138.
- Manara card. Achilles*, episcopus Anconitanus, archiepiscopus, aucta Sedis dignitate, eligitur, I 350.
- Marescallus Conclavis* iuramentum emitat coram Cardinali Decano et aliis Cardinalibus, ad eorum ingressum in Conclavi, III 261.
- Maria (B.) Virgo* certior et expeditior via ad Christum; nam fere semper in prophetiis eidem unitur, I 150, et totius vitae eius particeps fuit, 151, eaque et nos cum ipso peperit, 152, et pro nobis cum eo passa est, 153, eaque mediatrix totius Orbis apud Filium suum constituta, 154, nobis adiumento est ad Christi cognitionem atque amorem, 155; quam maximo sibi honori habet, si Christo ipsi serviamus, 156, peccata, quorum ne umbram quidem in se habuit, vitantes, 157, atque Christi sanctitatem, cuius ipsa perfectissimum fuit exemplar, imitantes, 158: eius devotione praecipuam habet vim ad sanctitatis fructus proferendos, 393: nec, L in anniversario a proclamatione dogmatis immaculati Conceptus a populo Christiano exhibita, carebit fructu, II 63, v. *Rosario, Conceptio, Lapurdensis*.
- *Apparitiones Lapurdenses*, gratias omne genus patratas, V 129, templum erectum et basilicam renuntiatum, magnum concursum populi memorat B. P., et L adveniente anno ab apparitionibus iisdem, indulgentiam in forma iubilaei cryptam in-

fra annum, a die 11 februarii computandum, visitantibus concedit, 130, episcopo Tarbiensi facta facultate sacerdotes delegandi qui a censuris et cassibus apostolicae Sedi reservatis absolvere possint, 131; — eas eo tempore accidisse quo Ipse sacerdotium inerit, gaudet B. P., 264: ad solemnia sacra quinquagenaria Legatum Suum renuntiat Victorem Lucianum card. Lécot, 141: eaqua fauste celebrata fuisse, gaudet, 339; — earum Festum ad universam extenditur Ecclesiam, IV 115.

Mariae (B.) Virg. templum

- ad *Aedem novam* paroecia in Urbe constituitur, II 106.
- *Angelorum* in Thermis de Urbe paroecia constituitur, quae ditatur bonis extinctae paroeciae S. Ioannis Florentinorum, III 209.
- *Conceptionis immaculatae de Ocotlan* archidioecesis Mexicanae, inde a primordiis Mexicanae ecclesiae exstructum; molis ornatusque magnificentia, sacrae supellectilis, sacerdotum atque inferiorum ministrorum copia insigne, III 196, et fidelium undique confluentium largitionibus locuples, 197, ad ecclesiae collegiatae honorem evehitur, in eaque constituitur praebenda abbatialis quae tamen iurisdictione nulla fruatur, et undecim praebendas canonicales, 198: abbati et canonicis imponitur onus residendi, et horas canonicas cum missa conventuali celebrandi: eis congrua sustentatio assignatur et demandatur munus disciplinas docendi clericos utriusque Seminarii templo adnexi, congrua tamen retributione statuta, 199, atque conceditur peculiaris habitus in sacris functionibus et publicis supplicationibus gerendus, 200.
- de *Deserto v. Cobreces*.
- ab *Horto Clavarensis* dioecesis in Liguria, caelestium gratiarum copia, I 402, molis magnitudine et ornatus magnificentia, 403, neenon Cathedralis dignitate insigne, 404, Basilicae minoris titulo decoratur, 405.

- *Maceratense*, v. *Sarnari*.
 — *Monticelliana*e, paroecia aboletur, III 209.
 — « *Salus infirmorum* » v. *Patzcuaro*.
Mariae Filiarum (Congregatio), bene merita de modestis familiarum moribus edicitur, V 163.
Mariae immaculati Cordis Filiorum (Congregatio) conereditum habet vicariatum apostolicum de Fernando Póo, I 280.
Mariae Sororum (Congregatio) v. *Bililiart*.
Maria a Iesu crucifixo (B.), in saeculo Anna Piedcourt, Parisiensis, naturae mortem exhorrescentis vocem strenue vicit, III 111, v. *Carmelitides Compendienses*.
Maria Anna Francisca a S. Aloisio (B.), e gente Brideau, silentii et solitudinis amore et mortis contemptu clara, III 111, v. *Carmelitides Compendienses*.
Maria a Resurrectione (B.), in saeculo Anna Maria Thouret, mortis formidinem generose superavit et ad martyrium libentissime perrexit, III 111, v. *Carmelitides Compendienses*.
Maria a S. Martha (B.), in saeculo Maria Dufour, omnes sibi animos devincenti dono praedita, III 113, v. *Carmelitides Compendienses*.
Maria a S. Spiritu (B.), in saeculo Angelica Rousset, heroica patientia inclavit, III 113, v. *Carmelitides Compendienses*.
Maria Gabriela a S. Ignatio (B.), e familia Trezel, regularis disciplinae et silentii custos eximia, parentum contibus obsistens, in monasterium se reduxit, necem subitura, III 112, v. *Carmelitides Compendienses*.
Maria Henrica a Providentia (B.), in saeculo Anna Pelras, II 112, prius inter Filias a Caritate cooptata, propter pericula quibus venustatis causa obnoxia erat, Carmelum ingressa, virginali verecundia, infirmarunt cura et mortis contemptu claruit, 113, v. *Carmelitides Compendienses*.
- Mariae Magdalena*e (S.) paroecia in Urbe supprimitur, III 209.
Mariae (S.) Ormensis nova dioecesis, constituitur in urbe *Sault-Sainte-Marie*, cum territorio e dioecesi Peterboroughensi provinciae ecclesiasticae Kingstoniensis in Canada distracto, I 354: cuius limites definiuntur, 355.
Mariales conventus probantur, I 391, 394, III 97.
Mariana Societas seminarum Anglicorum in Burghausen, ob munus B. P. in Virginis immaculatae honorem oblatum, gratias accipit, I 410.
Marianae insulae non longe a Philippinis existentes, olim a *Latronibus* nuncupatae, III 204, primitus, non sine sanguinis effusione, a Societate Iesu, dein a Fratribus Recollectis excultae, christianam fidem amplexae sunt. Caebuanae dioecesi subiectae, cum ab Hispanico in dominium foederatarum Americae civitatum et imperii Germanici devenissent, 205, ex eadem dioecesi seiunctae et S. Congregationi de Propaganda Fide subiectae fuerunt: quod iterum decernitur, et ex iis nova praefectura apostolica erigetur, 206.
Mariannensis dioecesis in Brasilia, e Goyasensi novis finibus seiungitur, I 129; eidem, in archidioecesim erectae, III 105, suffraganeae assignantur dioeceses Goyasensis, Adamantina et de Pouso Alegre, 106, et novae dioeceses Campaniensis, V 104, et de Uberaba, 127.
Marianopolitana archidioecesis cedit quaedam territoria constituendae dioecesi Joliettensi, I 140.
 « *Mariavitarum* » *sacerdotum consociatio*, cuius errores, iam damnati, III 78, describuntur, 79, iterum damnatur et supprimitur, 83: quae, episcoporum atque ipsius Summi Pontificis adhortationibus et comminationibus, ne non ecclesiasticis censuris spretis, adhaesit cuidam Feliciae, alias *Mariae Francisci Kozlowska*, quam B. *Mariae V.* sanctitate parem praedicanter, sine cuius patrocinio nemo sal-

vus esse possit, quae delegaverit Ioan-nem Kowalski, ministrum totius con-sociationis generalem, 225. Duo haec capita totius sectae excommunicatione maiori nominatim ac personaliter mul-tantur, ideoque vitandi sunt. Epi-scopis Polonis munus concreditur sa-cerdotes eidem sectae in uniuscuius-que dioecesi addictos monendi, intra viginti dies ab ea recedant, secus pari excommunicationis sententia subia-ceant, 226.

Marigliano Aloisius, sacerdos, epistolam accipit qua B. P. gratias agit ob litteras devotionis ac obsequii et ob munus reverenter oblatum, memorat Se mini-sterio parochiali incubuisse, I 406, et ingerit quanta verbo et exemplo esse possit in fideles parochi actio, 407.

Marochiensis praefectura apostolica, Ordini Fratrum Minorum concredita, Martyrum sanguine decorata, et mag-nis aucta incrementis, in vicariatum erigitur, V 218.

Murre Augustinus, episc. tit. Constan-tiensis, abbas generalis Ordinis Cister-ciensium reformatorum, epistolam recipit, qua B. P. gaudet de fructibus trium Trappistarum familiarum con-iunctione partis, quam a Leone XIII factam confirmat, II 101, et plura dat monita ad disciplinam religiosam pertinentia, II 102, v. *Cistercienses*.

Marshall Lang Ioannes, praefectus et vicecancellarius Universitatis studio-rum Aberdonensis, ceterique eiusdem praesides, epistolam accipiunt qua B. P. gratias agit de communibus litteris, quibus per saecularia academiae, ab apostolica Sede originem repeten-tis, solemnia, huius beneficia memo-rata esse voluerunt, academiaeque ipsi fausta adprecatur, II 188.

Marx Henricus, episc. tit. Colossensis, coadiutor card. episc. Vratislaviensis, L sacerdotii annum proxime expletu-rus, bene volentis animi testimonium, epistola accipit, V 242.

Materialismus: eius errores de Deo re-prehenduntur I 7: isque dogmate im-

maculatae Conceptionis directe impu-gnari edicitur, I 159.

Matrimonia in Germania post diem 15 aprilis 1904, non servata lege Tri-dentina, contracta, valida non sunt nisi mixta, III 11, vel acatholico-rum, 12.

— *mixta*, in Germania illicita manent, et, etiam si dispensatio intercedat, tantum coram parocho et testibus, non vero coram ministro acatholico sunt celebranda; clandestine tamen contracta valida sunt, III 11.

Matrimonii sanctitas vindicanda, I 8; eam in Aequatoriana Republica per-turbatam esse dolet B. P., II 96.

Matrimonium: — a die Paschatis anno 1908 tunc tantum validum erit, quando coram parocho vel Ordinario loci con-trahitur, qui non sint nominatim excommunicati aut ab officio suspensi et invitati fuerint, et qui alium sa-cerdotem ad hoc delegare poterunt, et duobus saltem testibus, 43, aut, imminentे periculo mortis, parocho-que aut alio, ut supra, absente, coram quovis sacerdote et duobus testibus; et illo absente iam a mense, coram duobus tantum testibus, 44. Parochus tamen locive Ordinarius licite adsistit tantum matrimoniis sub ratione do-micili vel menstruae commemorationis; non subditorum de licentia a parocho vel Ordinario sponsae, vel gravi de causa, sponsi; vagorum, de licentia Ordinarii vel eius delegati 43; — in libris parochialibus semper inscribi debet, et quomodo, 44; — quaestiones de eius validitate dirimit S. Congr. de Sacramentis, 151. — Propositio quae docet illud serius tantum evasisse Ecclesiae Sacramentum, damnatur, V 82.

Matthias (S.) Apostolus, cum Petro con-iunctissimus, eoque iam Pontifice in Apostolorum numerum coaequatus, II 85.

Medina (de) Aloisius, S. I., sanguine Mariannas insulas consecravit, III 205.

Mediolanensis: — basilica S. Ambrosii maioris Capitulo donatur, V 203, v. *Ambrosii*.

— *dioecesis: clerum* alloquitur deque eius zelo et cum apostolica Sede coniunctione laetatur, eosque ut sint sacerdotes sancti hortatur, IV 295, semper vinculo caritatis inter se et cum superioribus uniti, 296.

— *peregrini*: eis gratulatur atque de exhibitis votis et precibus gratias agit. Maneant fortes in fide, in moribus sanctis, in lege Dei, IV 297. Quare a falsis prophetis attendant, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, 298: missi illi non sunt, et pro gratia Dei et animarum salute proprium commodum suasque passiones intendunt, 299.

— *Seminarii maioris institutores et alumnos* B. P. alloquitur, ut eos de exhibitis votis in quinquagesimo sacerdotii Sui natali gratias agat. Illos ut pergere studeant via, quam usque modo prosecuti sunt, monet: institutores in devotione erga S. Sedem et in clero sancte efformando, IV 292; alumni in bonitate, scientia ac disciplina, 293, v. *Ferrari*.

Medolago Albani Stanislaus, praeses alterius coetus Operis Conventuum Catholicorum, epistolam accipit, qua B. P. gratias agens de votis Sibi oblatis, omnes consociationes, quae eidem coetui adhaerere nolunt, catholicas non habendas edicit, simulque monet ne novitates citius excipiatur, I 216: — confirmatur in munere praesidis alterius coetus eiusdem Operis a Conventibus Italiae Catholicis post solutionem aliorum coetuum, 313.

Melitensis dioecesis eadem lege ieunii ac abstinentiae tenetur qua Italia, III 190.

Menelik, rex regum Aethiopiae, epistolam accipit, qua B. P. libertatem petit pro catholicis Harrarenibus eidem subiectis, carcere, et bonorum confiscatione sine causa mulctatis, III 159; — gratos animi sensus et vota

omnis felicitatis ob eius in catholica missionem favorem a B. P. recipit, IV 266, v. *Bernardum Mariam*.

Mercier Desideratus, archiep. Mechliniensis, S. R. E. Cardinalis creatur, IV 28; et occasione bireti impositionis a B. P. laudatur, 267.

Merry del Val Raphael, archiepiscopus Nicaenus, S. R. E. Cardinalis creatur, I 60: eumque galero ornandum alloquitur B. P., 423, et laudat tum ob ministerium sacrum in Urbe exercitum, tum ob auxilium in Ecclesia mistranda Sibi praestitum, 424.

Meunier Constantia (B.), in saeculo Maria Ioanna, cum parentibus pro viribus conflixit, ut in claustris relinqueretur et cum ceteris sororibus martyrium adire permitteretur, III 113, v. *Carmelitides Compendienses*.

Mexicana archidioecesis ius metropoliticum amittit in dioecesim Tlascalensem, I 19: cedit civitatem *Pachucha* dioecesi de Tulancingo, a qua civitatem *Tula* accipit, II 153.

Mexicana Republica v. Aguas Calientes, Angelorum, Duarte.

Michaelis (S.) archangeli: — *ecclesia* in civitate Paganorum collegio presbyterorum saecularium Ss^mhi Redemptoris adnexa, S. Alfonsi Mariae de Ligorio praedicatione et sepulcro clara, V 323, et frequenti peregrinorum turba venerata, ad basilicae minoris gradum elevatur, 324.

— *in Foro* decanatus in Lucana archidioecesi, exemptionis privilegio olim donatus, III 179, iure ordinario subiicitur archiepiscopo Lucano; cum suo Capitulo, Decano et Seminario, retentis tamen honoris insignibus et privilegiis canonicorum, 180.

— *in foro Piscario*, v. *Angeli*.

Ministerium sacrum impeditum in Aequatoria Republica, dolet B. P., II 96.

Minorum Ordo ob operum Seraphici Doctoris novam editionem, I 235, et ob doctrinarum sacrarum studia re virescentia laudatur, 236; — eorum in

Hispania regimen, v. *Regiminis unitas*: - minister eius generalis alumnos designet ad munus poenitentiarii Lateranensis, iisque praesidem edicat, V 112, disciplinae religiosae invigilet, sed neminem removeat, inconsulto card. Poenitentiario maiore, 113: - ei concreditus manet novus vicarius apostolicus Marochiensis, V 218; v. *Clarae*.

Missa quo sit cantu persolvenda, I 82.
Missae: - ab *Ordinariis collectae* distribui possunt sacerdotibus non subditis, manet tamen hoc casu obligatio quoad eas usque ad receptam celebrationis factae fidem, I 275.

- *beneficiis adnexae*, quae a beneficiatis applicari non possunt aliquis traduntur sacerdotibus, instar manualium recensentur, I 273, et quae infra annum a fine illius computandum infra quem celebrari debuissent, celebratae non sint, Ordinariis aut S. Sedi tradantur, vel etiam sacerdotibus notis, manente hoc caso obligatione quoad eas usque ad celebrationis peractae fidem receptam, I 274: in casu autem detur eleemosyna synodalis loci in quo beneficium est constitutum, 277.

- *fundatae*, quae suo tempore celebrari non potuerunt, tradantur ut supra Missis beneficiis adnexis, I 274, data in casu eleemosyna in fundatione vel reductionis indulto taxata, servatis reliquis legitimis iuribus, I 277.

- *in nocte Nativitatis Domini* v. *Nativitas*.

- *in testamentis traditae*, dummodo ad longius tempus non instituantur, et ea quae private alicuius familiae patrimonium gravant sed in nulla Ecclesia sunt constitutae, manualibus sunt accensendae, I 272.

- *manuales* non plures acceptari possunt quam quae brevi temporis spatio per se vel per sacerdotes subditos celebrari queant, I 273; et quae post annum a receptione celebratae non sint, Ordinario aut S. Sedi tradi debent, vel etiam sacerdotibus benevisis et

personaliter sibi notis, manente tamen in hoc casu quoad eas obligatione, usque ad peractae celebrationis fidem receptam, 274: - extra dioecesim dicendae non committantur nisi per locorum Ordinarios, aut saltem ipsis auditis et annuentibus, qui sacerdotum suorum catalogum, Missarum numerum et quibus quisque satisfacere tenetur consribant; episcopis tamen et presbyteris Orientalibus non mittantur, nisi per S. Congregationem de Propaganda Fide, 32.

Missarum eleemosynae quibuslibet dari vetantur, qui non eas per se aut sacerdotes sibi subditos celebrandas, sed ad alium quilibet finem accipiunt, I 275; item celebrantibus integrae omnino tradi debent et in specie sua, nec commutatae cum libris, sacris utensilibus, diariis et similibus, neque qualibet imminuta parte ad ecclesiistarum sanctuariorumve decori consulendum; quae omnia sub gravibus poenis canonicas interdicuntur, 276; quae eas attingunt, ad Congr. Concilii pertinent, IV 151.

Missionarii a pretiosissimo Sanguine, v. *Del Bufalo*.

Missionarius apostolicus: titulus, v. *Propaganda*.

Missione (a) Sacerdotes, v. *Fiat*.

Missionis pia Societas, vulgo Pallottinorum nuncupata; praefectura apostolica de Cameron ei concredata in vicariatum erigitur, II 4.

Mixtæ religionis impedimentum: super eo dispensato Congreg. S. Officii pertinet, IV 149.

Mixtecas (de) dioecesis, a Tlascalensi seu Angelorum dioecesi iam seiuncta, I 18, et Sedi apostolicae immediate subiecta, 19, novae archidioecesi Angelorum in suffraganeam assignatur, 20; et deinceps Huajuapamensis a Leone nuncupabitur, 61.

Modernismus: litteris encyclicis « *Pa-scendi* », IV 47, B. P. latentes denuntiat fidei hostes, qui, ex ipso sacerdotum coetu, nullo solidi philosophiae

ac theologiae praesidio, Ecclesiae renovatores sese iactitant, 48, securim ad ipsam Ecclesiae radicem, nempe ad fidem, ponentes. Inaniter omnibus modis huiusmodi homines ad meliora revocari potuerunt, 49. I) Eorum doctrinae exhibentur: modernistae plures agunt personas. Ut *philosophi* negative agnosticismum profitentur, positive immanentismum amplectuntur, 50 sqq. Fides, quae est Dei conscientia sensus, a subconscia divini indigentia derivatur, 52; hinc revelatio idem est ac conscientia, ideoque conscientia lex suprema, 53, dum dicunt fidem transfigurare et defigurare phoenomena, 54. Omnis religio, etiam catholica, e sensu religioso per vitalis processum immanentiae, e natura nascitur, 55. Ex ipso sensu religioso oritur dogma, et formulae dogmaticae non sunt nisi symbola fidei, credentis instrumenta, 57; cum autem sensus religiosi obiecta infinitos habeant aspectus, illae formulae varietati sunt obnoxiae, unde expeditum est iter ad intimam dogmatis evolutionem, 58. Ut *credentes*, realitatem divini asserunt, intima innixi experientia, 59; proinde omnes religiones essent verae et notio traditionis adulterata esset, 60 sq. Fides ad scientiam relationem habet, quinimo fides tripli ex capite scientiae subiicitur: quae omnia iam reprobata sunt a Summis Pontificibus, 62 sqq. Modernistarum, qua *theologorum*, placita, 65, pariter insistunt in principiis de immanentismo et symbolismo, aliquid tamen adiiciunt de permanentia divina, 66 sq. - Plures de dogmatum origine et natura, de sacramentis praesertim, errores coacervant, 68; generalem sacrorum librorum inspirationem asseverant, catholico tamen sensu nullam admittunt, 70. Ecclesiam imaginantur ut partum conscientiae collectivae, 71; a Statu seiungi, imo logice in temporalibus Statui subesse debet seseque ad civiles for-

mas aptare, 72 sqq. Eius potestatis usus, praesertim in libris proscribendis, moderandus, 74. Generale vero principium modernistarum est evolutio: evolutio dogmatum, cultus, Ecclesiae, 75. Evolutio oritur e conflictu vis conservatricis quae in Ecclesia viget et vis progressivae quae in privatotorum conscientiis latet, 77. Ut *historici* et *critici*, modernistae philosophicis innituntur principiis, agnosticismo, transfiguratione et defiguratione rerum per fidem, 80; hinc Christum historicum a Christo per fidem cognito distinguunt. Eadem methodo Ecclesiae historiam conficiunt, 82, philosopho non critico adscribendam, et vitalem pariter sacrorum librorum evolutionem admittunt, 84, illam suae philosophiae accomodantes quam textualem criticam nominant, 85. Ut *apologetae* religionis veritatem vindicant argumentis obiectivis, quae agnosticismum important, et argumentis subiectivis seu immanentiae methodo, 86 seq.; et dum catholicam religionem asserere et suadere laborant, errores in sacris libris et in dogmatibus esse concedunt, 88 sqq. Ut *reformatores* innovare volunt philosophiam, thelogiam, historiam, dogmata, cateschesim, cultum, Ecclesiae regimen, Romanas Congregationes, actionem Ecclesiae in re politica et sociali, ethicam et disciplinam, 91 sq. Proinde B. P. systema universum uno quasi obtutu respiciens, omnium haereseon conlectum esse affirmat. Agnosticismus enim ad atheismum ducit, 93, omnino insufficiens est sensus religiosus, 94, dum symbolismus et immanentismus viam sternunt pantheismo, 95. - II) Modernismi causas in curiositate et superbia ex una parte ponendas esse edicit B. P., 96, ex altera vero in ignorantia philosophiae scholasticae, 97. Modernistae suos propagant errores maxima alacritate, scholasticam methodum derident, traditionis auctoritatem extenuant, 98,

Ecclesiae magisterium infirmant, 99, fidei optimos defensores iniuriis lacerant, et quos Ecclesia damnat pro martyribus habent, multosque incertos, etiam e sacerdotibus et religiosis, decipiunt, 100 sq. - III) Remedia B. P. tandem praescribit. Primo philosophia scholastica ab Aquinate tradita, sacrorum studiorum fundamentum ponatur, 102; quo facto, theologia positiva, sine Scholasticae detimento, spiritu catholicō excolatur; profanae vero disciplinae sine damno sacrorum studiorum colantur, 103. A Seminariis arceantur quicumque imbuti fuerint modernismo, 104; civiles universitates ne frequenterent clerici. Episcoporum zelus contra modernistarum errores exerceatur et contra libros perniciosos, 105 sqq., atque censores instituantur qui edenda cognoscant; sacerdotes, absque venia Ordinarii, diaria moderanda ne suscipiant; ephemrides catholicae censuram habeant, 108 sqq. Cautiones sunt habendae quoad conventus sacerdotum, 110; et consilium a vigilantia instituatur, cuius erit modernismi indicia ac vestigia tam in libris quam in magisteriis vigilanter pervestigare. Nec negligantur libri in quibus piae cuiusque loci traditiones et sacrae reliquiae tractentur. De omnibus relatio fiat ad S. Sedem, 111 sqq. Ne postremo adversarii veterem calumniam refricent, Ecclesiam sapientiae atque humanitatis progressioni obsistere, B. P. mens est peculiare institutum, ad scientias et eruditionem promovendas, creare, 144.

— de erroribus modernistarum, in allocutione diei 18 aprilis 1907, B. P. conqueritur, IV 267.

— item in consistorio diei 16 decembris 1907 de quodam rerum novarum studio, disciplinae omnis ac potestatis et fidei Ecclesiae impatiensi, IV 121.

— censurae et poenae declarantur in eos qui praescripta adversus modernistarum errores neglexerint, IV 235.

Monasteriensis dioecesis locum Wackelbeckerfeld a dioecesi Coloniensi accipit, II 89.

Monsabré Jacobus Maria, sacerdos O. P., dena explens religiosae professionis lustra, epistolam accipit, qua B. P. ei gratulatur novum librum *La Prière* Sibi oblatum et fausta adprecatur, III 134.

Montagne Ambrosius, O. P., epistolam accipit, qua B. P. ob volumina commentarii *Revue Thomiste* a Thoma Coconnier Sibi oblata, ex huius necopinata morte gratias agere non potuisse dolens, illi gratulatur, eidem in commentarii moderamine successori; eiusque difficultatem maximam dicit nunc temporis ob novas quaestiones quae aguntur, et ob spiritum sapientiam veterum fastidientium, V 326; et confidit eum cum suis coadiutoribus difficultates omnes devicturos et Aquinatis doctrinam integre servaturos, quod melius obtinebunt, eius etiam virtutes imitando, 327.

Montenach (de) baronissa v. Reynold (de) Ludovica.

Monteserrato (B. M. V. de) in civitate Fluminis Ianuarii abbatia Nullius constituitur, quae territorium *Rio Branco* e dioecesi de Manaos seiunctum amplectatur, ab abbate generali Ordinis S. Benedicti congregationis Brasilianae per se, adhibito tamen vicario generali, gubernetur, V 138, et proprio Seminario prope abbatiam ipsam donabitur atque metropolitanae ecclesiae Belemensi subiecta erit, 139. — *abbas*, pro territorio *Rio Branco* est verus abbas nullius, V 139, et confirmationem suis subditis administrare valet, aliisque iuribus et insignibus abbatum nullius Benedictinorum gaudet, 138.

Montmorency de Laval Franciscus, primus episcopus Quebecensium: solemnia cc anniversarii ab eius obitu probat B. P., V 197, qui memorat eum usque ad sinum Mexicanum Evangelii praecones misisse eisque

auxilium addidisse sanctimoniales feminas; populum Canadensem ab haeresi integrum servasse et cum Sede apostolica coniunctissimum, 200; seminarium Quebecense instituisse, ex quo sacerdotes sancti toti Canadensi Ecclesiae affluxere, exemplum patuit omnibus fere institutis Canadensibus sacrae iuventae instituenda, et lyceum illud Lavallianum prodiit, catholicae doctrinae insigne propugnaculum; denique concordiae inter politicam et ecclesiasticam potestatem auctorem semper fuisse, 201.

Moran card. Franciscus, archiep. Sidneiensium, ceterique Oceaniae Praesules, ob eorum conventum proxime habitum laetatur epistola B. P., eique maximos in fideles fructus ominatur, I 416: - item aliam accipiunt qua B. P. eis gratulatur synodum tertiam Australiensem nuper habitam, quo media excogitata sunt pietati fidelium servandae et fidei in infideles invehendae, II 176.

Moraviae peregrinos B. P. alloquitur, ut eis de omnibus et precibus in quinquagesimo sacerdotii Sui natali exhibitis gratias agat. Quam maxime de optimis, quoad clerum praesertim, Brunensis dioeceseos notitiis laetatur, IV 289, deque eorum erga Christum Ssuum pietate; tandem ut manent in fide, quae sit eis in omnibus dux et solamen, illos hortatur, 290.

Morum corruptela quae sit in praesens et quomodo coerceri possit, I 201: ea ex ignorantia rerum divinarum potissimum oritur, II 71, et hic inde in clero serpens Episcopis denuntiatur, III 164. « **Motetti** » cantus, quorum verba ab Ecclesia sint adprobanda, permittitur tum post Benedictus tum post Offeratorium Missae solemnis, I 81, dummodo sacerdotem diutius ad altare expectantem non detineant, 85.

Mulieres cantorum partes explere ventantur, I 83.

Munchaciensis Ruthenorum dioecesis paroeciam Nagy-Karoly a dioecesi

Magno-Varadinensi Rumenorum accipit, V 270.

Musaeorum Palatii Apostolici aditus post novendialia Pontificis defuncti, visitatoribus patere poterit, III 316: qui tamen claudatur, si quis illis potiri conetur, 318.

Musicæ sacra instauranda, I 68, 77; praesertim, in Urbe, in Litaniarum et hymni eucharistici cantu et in Vesperis, I 71: in seminariis eius studium fovendum, 72: de ea instructio editur, qua edicitur eam a quacumque profanitate exsulanenti verae et universalis artis characterem prae se ferre debere, 78, praecipue cantu gregoriano et polyphonico classico innixam, 79, at quandoque etiam moderna musice, quocumque theatrali stilo et apparatus seposito, 80; item dantur regulæ quoad cantum textuum liturgicorum, 81, quoad formam exteriorem compositionum musicalium, 81, quoad cantores et « a solo », 83, quoad organum, et alia musicalia instrumenta, quoad tempus et locum quae cantus in liturgicis functionibus obtinet, et quoad media instaurationis praeciptae, nempe specialem Commissionem in singulis dioecesibus constituantur, 85, cultum gregoriani cantus in Seminariis, traditionem principiorum moralium, liturgicorum et canonicorum musices sacrae in scholis theologicis, constitutionem Scholae Cantorum et scholas superiores musices, 86: - eius cultoribus quam necessaria sit pietas, II 9.

Musicæ modernæ admisso in Ecclesiam quibus legibus ordinetur, I 80; in Vesperis ordinarie adhibeatur tantum pro Gloria Patri et hymno, 82.

Musicæ pontificalis Sodalitas novis legibus donatur, II 139.

Musicalia instrumenta quae in Ecclesia prohibeantur, I 84.

Mutilana dioecesis certas paroecias a civitate episcopali remotas, V 193, et Sarsinatensi civitati proximas, 194, huic dioecesi cedit, 195.

Mysteria fidei: multi temporibus nostris de eis serpentes errores, damnantur, V 76, v. *Scriptura*.

Mystica theologia: opera Caroli Sauvé de ea laudantur, V 191.

Nacke Franciscus, antistes Urbanus, Societatis Bonifaciana ad praeservandam fidem Germanorum catholicon inter acatholicos degentium propraeses, et ceteri de supremo consilio eiusdem, epistolam accipiunt qua B. P. laetatur de bonis fructibus multorum annorum spatio Ecclesiae paratis, I 250, probat consilium extendendi operam Societatis in Austria et Bohemia, eamque episcopis et catholicis omnibus commendat, 251, hortaturque ut ad salutem Germanorum in Italia etiam degentium adlaboret, 252.

Nagy-Karoly paroecia ritus Rutheni, e dioecesi Munchacsensi seiuncta, dioecesi Magno-Varadinensi Rumenorum adiuncta fuit, V 288: variis increbescientibus incommodis, 269, ab hac iterum sejungitur et eidem dioecesi Munchacsensi Ruthenorum unitur, 270.

Narniensis dioecesis aequo principaliter unitur cum Interamnensi, V 31, vide *Interamnensis*.

Nativitas Domini: tres Missae lectae in eius nocte permittuntur in sacrarum virginum monasteriis clausurae legi subiectis, aliquique religiosis institutis, piis domibus et clericorum seminariis, IV 39; non autem in Oratoriis Religiosorum, apertis ianuis, nec in eorum ecclesiis, V 329.

Naturalismi hodie invalescentis mala denuntiantur, I 395.

Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis (de) *Congregatio* quomodo constituantur et quam provinciam concorditam habeat, IV 155, 158 sq., 227.

Neo-Eboracensis dioecesis v. *Farley*.

Neo-rationalismus pro viribus impugnandus, I 137.

Neo-Westmonasteriensis dioecesis in dominio Canadensi, novis aucta incrementis, V 304, ad dignitatem metro-

politanam evehitur, eius sede in civitate Vancouver translatā, qua Vancouveriensis nuncupabitur, eique suffraganea assignatur archidioecesis Victoriae, ad gradum dioecesis reducta, et vicariatus apostolicus de Yukon, 305.

Nesqualliensis dioecesis, in civitatibus foederatis Americae, mutato nomine et sede, *Seattlensis* vocatur, V 110.

Ne temere: v. *Matrimonium, Sponsalia*.

Neto card. Sebastianus, patriarcha Olyssiponensis, epistolam accipit, qua B. P. amorem pandit quo Lusitanum prosequitur Collegium in Urbe, I 238, dolet de rumoribus in Lusitania conflatis ad eiusdem minuendum decorum et episcopos hortatur ut eius utilitatem quaerant, 239: - idem, una cum ceteris Lusitaniae episcopis, item aliam accipit qua B. P. agit de clero in seminariis, ad Tridentinam formam redactis, recte instituendo, de clericis ad sacerdotium citius non admittendis, et de episcopalibus coetibus celebrandis, II 92: - item aliam, qua B. P. memorat benefacta Sedis apostolicae in collegium Lusitanum Urbis, cuius utilitatem ad sacerdotes sancte efformandos laudat, V 13, memorans ea quae disponuntur in Litteris fundationis, ut mittantur scilicet alumnos ex omni regni Lusitani et coloniarum dioecesi, dolet eis non obtemperari ab episcopis, et collegium, defectu alumnorum, qui dioecesum sumptibus alantur, languore solutum iri; episcopos omnes demum hortatur ut dioecesum suarum iacturam hanc non patientur, sed alumnos mittant, 14, certe ex liberalitate fidelium eis alendis sumptus inventuri, 15; - iteratam eius resignationem ab Olyssiponensi patriarchatu B. P. excipit, IV 123.

Newman card. Henricus: eum a modernistarum insectationibus, suos errores ab eius doctrina repetentium, opuscolo Eduardi Thomae O'Dwyer, episcopi Limericiensis, purgatum esse gratulatur B. P., V 188.

Nicaragua (de) Reipublicae rectores, qui per iniuriam episcopum e sua Sede extubarunt, reprobantur, II 164.

Nicolao (Collegium a S.) v. Oenipontani.

Nictheroyensis dioecesis in Brasilia anno 1897 eius sede in civitatem Petropolim translatā, Petropolitanae nomen accepit; gravioribus nunc ortis incommodis, V 172, in civitatem Nictheroyensem iterum transfertur, 173, ecclesia S. Ioannis Baptistae in cathedralē constituta, in eaque instituendum dicitur seminariū clericorum, 174, omniaque alia ad dioecesis constitutionem necessaria, 175.

Nörber Thomas, archiepiscopus Friburgensis, v. Kopp.

Notarii Rotae: eorum numerus, qualitates, electio, IV 163 et munera recententur, 165.

Notarius Cameræ Apostolicae una cum uno ex Clericis Cameræ, vacante Sede apostolica, Acta conscribat, III 321.

Novariensis dioecesis ob coniunctionem cum apostolica Sede laudatur, II 85.

Novarum Ebridarum in Oceania praefectura apostolica in vicariatum erigitur, I 223.

Novitati plus aequo indulgentes reprobat B. P., II 50.

Nuntii Pontificii munus non cessat, Sede apostolica vacante, III 250.

Oblati Mariae Immaculatae: eis conceditur praefectura apostolica de Yukon in Canada, V 184.

O'Brien Lummis Elisa epistolam accipit, qua B. P. laetatur de Societate Filiarum Fidei, ab ea Neo-Eboraci fundata ad matrimonii christiani decorum tutandum, ad rectam liberorum institutionem procurandam, ad morum corruptionem compescendam, I 395, et omnes catholicos hortatur ut similes ineant societas, 396.

Oceaniae praesules v. Moran.

Octaviensis archidioecesis suffraganeum obtinet novum vicariatum apostolicum de Temiskamingue, V 309.

Odelin Henricus Aloisius, vicarius generalis Parisiensis, epistolam accipit, qua B. P. maxime laudat Opus adolescentulī tutandis, cui ille praeest, et gratulatur de eiusdem Operis extensione et fructibus, I 230.

O'Dwyer Eduardus Thomas, episc. Limericiensis, epistolam accipit, qua B. P. ei gratulatur opusculum Sibi oblatum, quo cardinalis Newman memoria a modernistarum insectationibus defendit, ex eius doctrina suos errores repetentium, et dolens quod habeantur catholici qui privati doctoris magisterium plus faciant quam Sedis apostolicae, V 188, quasdam formulas clarissimi viri, modernistarum formulis similes, his non suffragari dicit, tum ex subiectione voluntatis eius magisterio Ecclesiae, tum ex eo quod, cum indicia haeresis novae non apparuerint, non est mirum si ille cautum non adhibuit loquendi genus, 189. Anglos demum hortatur ut Newman sincera et integra principia sequantur, et ab eo discant inviolate traditionem tueri et Sedi apostolicae obedire, 190.

Oenipontani collegii a S. Nicolao alumnis, ob litteras Sibi in solemnibus sacerdotii sui datas, quibus eorum obsequium et veneratio in Sedem apostolicam patuit, grati animi sensus pandit B. P., V 224, eosque hortatur ut pietati pariter et doctrinae acquirendae dent operam, 225: - moderatores, ceterosque e S. I. sacerdotes eidem collegio addictos, L annum celebrantes ab institutis in athenaeo Oenipontano sacrae theologiae magisteriis, et ab initio Convictu seu collegio theologorum, epistolam accipiunt qua B. P. eis gratulatur bonos laborum exitus et copiam sacerdotum, episcoporum, ipsorumque Cardinalium qui ab Instituto prodierunt, 285, ac divino auxilio superatas varias rerum acerbitates, 286.

Officii (S.) Sacra Congregatio in posterrum episcoporum electionem curabit, I 114, v. *Episcoporum electio*; - eius provincia et praeses; iudicat haereses;

curat indulgentias; ei aufertur disciplina praceptorum Ecclesiae, electio Episcoporum, relaxatio votorum religiosorum, IV 148; ipsi manent integra: privilegium paulinum, impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis, dogmatica doctrina de matrimonio aliorumque Sacramentorum, 149; administrari maiores et minores, 211 et modus procedendi etiam circa indulgentias indicantur, 212.

Opificibus catholicis gratulatur B. P. ob monumentum Leoni XIII positum, I 293, et propensissimam Suam in eos voluntatem significat, 294.

Opera pia: - eorum regimen concreditus Congr. Concili, IV 151.

Opus a Catechismis in Gallia erectum, laudatur, et nostro tempori maxime accommodatum edicitur, I 101.

Opus a Congressibus et Comitatibus Catholicis sub dependentia episcoporum actionem popularem christianam moderabitur, I 122: idem propter bonos fructus rei publicae partos laudatur, II 123.

Opus « delle Campagne » laudatur et probatur, I 111.

Oratoris sacri munus catechistae laborem supponit, eoque innititur, II 78.

Ordinatio: - dispensationes circa requisita ad eam, conceduntur a Congr. de Sacramentis, vel, pro Religiosis, a Congr. de Religiosis, IV 150; de eius validitate iudicat Congr. de Sacramentis, 151.

Ordinandorum examen ab episcopis etiam quoad doctrinam exigendum praescripsit S. Tridentina synodus, II 149, et pluries RR. PP. confirmarunt; nunc iterum pro Urbe confirmat B. P., omnibus exceptionibus abrogatis; idem pro maioribus ordinibus etiam tractatus nonnullos de theologia dogmatica amplectetur, 150, ad ordinandorum lubitum seligendos ex eis qui in serie a Cardinali Vicario edenda inveniantur; ab iisque Doctores in sacra theologia tantum dispensantur, 151.

Ordinarii dioecesani Missas collectas sacerdotibus suis distribuant, vel aliis Ordinariis aut S. Sedi tradant et etiam aliis sacerdotibus notis, manente hoc in casu obligatione quoad eas usque ad fidem celebrationis peractae receptam, I 275.

Ordines sacri cito non conferantur, nulla habita ratione insistentiae ordinandorum eorumve familiarum, III 165.

Ordo sacerdotalis: propositiones quae docent eum ex rei natura, non ex Iesu institutione ortum habuisse, eumque ad potestatem apostolicam perpetuandam ab Apostolis non fuisse institutum, damnantur, V 82.

Oregonopolitana archidioecesis novam Greatormensem dioecesim suffraganeam habebit, I 281.

Organa permittuntur iuxta Rubricas; ea cantum sustineant, non opprimant, nec longioribus praeludiis aut interludiis indulgeant, I 84.

« *Organici articuli* » Concordatui Gallico adiecti, nunquam a Romanis Pontificibus recogniti fuere, II 186.

Orientales dissidentes ecclesiae: earum cum Sede apostolica unionem Sibi cordi esse declarat B. P., et pro viribus curandam, V 287.

Orientalis Ecclesiae cum Latina unio, a Leone XIII maxime cordi habita, I 357, in coenobio Cryptae Ferratae graecis monacis concessa adumbrata, ab omnibus catholicis accurari debet, 358.

— sollemnibus redeuntibus saecularibus ab obitu S. Ioannis Chrysostomi, eius glorias et merita B. P. memorat, IV 276, atque maternam Latinae Ecclesiae praedilectionem illustrat, praesertim ardentes sed inanes Gregorii X, Eugenii IV, Pii IX et Leonis XIII ad unionem et pacem conatus, 277 sqq.

— item occasione sollemnium saecularium ab obitu S. Ioannis Chrysostomi, v. *Vannutelli*.

Orientalis ritus sacerdotes in Americam non mittentur, nisi servatis di-

spositionibus a S. C. de Propaganda Fide editis, I 66.

Oscar II, Sueciae et Norvegiae rex, epistolam accipit gratulatoriam ob proximas nuptias Gustavi Adolphi, ducis de Scania, cum Margarita de Connaught, II 137.

Ora quando prohibeantur in Italia, III 191.

« *Pachucha* » civitas, ab archidioecesi Mexicana distracta, dioecesi de Tlancingo subiecta, II 153.

Paganorum civitas v. *Michaëlis*.

Palaeoslavici seu *glagolitici* sermonis usus in liturgicis actionibus, contra saepius praescripta etiamnunc invalidens, ordinatur, III 232: in singulis dioecesibus conficiatur index ecclesiarum, quae glagolitici sermonis per integrum Missam utantur privilegio. Hoc tamen non habeatur tanquam personale sed ut locale, 233, non usurpetur in ecclesiis quae in eodem indice non inscribantur, et limitetur ad usum sermonis palaeoslavici, glagoliticis characteribus conscripti, 234: cuius studium in seminariis provehatur. Clerici ante ordinationem ad alterutrius linguae parochias destinentur: sacerdos latinae ecclesiae ad dictus, et ecclesiae palaeoslavicae inserviens, latinum sermonem servare potest in functionibus privatis; sacerdos vero ecclesiae palaeoslavicae ad dictus, ecclesiae latinae inserviens, latino idiomate omnia peragat, servata tantum facultate Officium privatim recitandi glagolitice. Epistolam et Evangelium, post quam latine cantata fuerint, slavice cani possunt, ubi usus invaluit, 235: usus vero linguae vulgaris permittitur tantum in Evangelii lectione in Missa parochiali, post recitatum Evangelium latine vel glagolitice, in praedicatione verbi Dei, et in aliis actionibus non stricte liturgicis. Rituale latinum semper adhibetur pro fidelibus qui illud petant, et episcopi carent uniformitatem versionis

hymnorum et precum quae vulgari lingua in eorum ecclesiis recitantur, 236.

Palatiū Apostolici portae statim post mortem Pontificis claudantur; nemo ingrediatur sine venia Cardinalis Camerarii, III 318.

— *Praefectus Cardinalis* amittit iurisdictionem in Sixtinum sacrarium basilicae Liberiana, I 98: — de obitu Pontificis certiores facit Cardinales Camerarium, III 248, et Decanum, 249.

Pallottinorum Societas, v. *Missionis pia Societas*.

Pallulon Miecislaus, episc. Samogitensis, epistolam accipit, qua B. P. clero populoque ei quina episcopatus lustra gratulanti, Suas addit gratulationes, et pastorali diligentia et observantia in apostolicam Sedem claro ad�catur, ut omnes e suo grege in fraternitate coniunctos in annos multos videre possit, V 234.

Papiensis dioecesis locum *Costa Carogliana* accipit a dioecesi Vigleanensi, II 175.

Paquet A. A., protonotarius apostolicus, decanus facultatis theologicae Lycei magni Lavalliani, gratias accipit ob volumina quibus totam Aquinatis doctrinam amplexus est, et laudatur de theologicis editis tractatibus, temporum necessitatibus accomodatis, II 24.

Parabolae evangelicae: propositio quae docet eas a Christo digestas non esse, damnatur, V 78.

Parasceves die Communionis ministrandae sententia et praxis reprobatur, II 252.

Parisiense Institutum Catholicum: summopere laudantur episcopi et populus Galliae de studio quo illud prosequuntur, et magnos ab eo exspectari fructus dicitur, II 49, v. *Richard*.

Parochi: — eis exemplar praebetur beatus Stephanus Bellesini, I 380: — eorum officium praecipuum est christianam doctrinam tradere, tum sermonibus seu vulgo *Evangelii* explicatione, pro iis qui fidei elementis sint imbuti, tum

catechesibus ad ignorantes, II 76: iisque singulis diebus dominicis et festis per horam integrum pueros puerasque ex catechismi libello erudiant, ad sacramenta suscipienda peculiari per dies plures institutione praeparent, in suaque paroecia Congregationem Doctrinae Christianae canonice instituendam carent, adhibito etiam laicorum ministerio, et praeter Homiliam in Evangelium, catechesim pro adultis singulis festis habeant, 81: - quantum verbo et exemplo conferre possint ad fidelium aedificationem destructionemve, I 407: - frequentem et quotidianum usum Communionis propagari nitanur, II 255: - quae ad illos spectant de competentia sunt Congr. Concilii, IV 151.

Parochi Urbis, de iure pertinent ad Archisodalitatem Doctrinae Christianae, II 206, et in sua paroecia unusquisque Sodalitatem filialem instituent, 209.

Parochus ad validitatem sponsalium et et matrimonii est non solum qui legitime praeest paroeciae canonice erectae; sed etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est et parocho aequiparatur, immo, in missionibus omnis sacerdos ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus, 42.

Paroeciae abolentur in Urbe: S. Thomae in Parione et S. Luciae « del Gonfalone », II 106; S. Salvatoris de Curte et S. Bartholomaei in insula Tiberina, III 1; S. Mariae Magdalena et S. Mariae Monticelliana, III 209.
— creantur: S. Mariae ad aedem novam et S. Ioachim in pratis, II 106; S. Teresiae ad portam Salariam, S. Francisci ad ripam maiorem, et S. Iosephi via Nomentana, III 2, Ss. Petri et Marcellini, S. Mariae Angelorum, et S. Crucis in aedibus Sessorianis, III 209.
— transferuntur: Ss. Celsi et Iuliani ad S. Ioannem Florentinorum, et S. Angeli in foro piscario ad S. Laurentium in Lucina, III 209.

Paroeciarum distributio iuxta temporum necessitates pedetentim immutanda, II 105.

«*Pascendi Dominici gregis*» Litterae encyclicae de modernistarum doctrinis, IV 47; v. *Modernismus*.

Passionis D. N. I. C. clericis v. Gabriel Patavina dioecesis v. Callegari.

Patrum familias sodalitatem nationalem B. P. magnopere laudat eique ex animo fructus uberrimos optat, IV 270 sqq.

«*Patzcuaro*»: templum B. Mariae Virg. sub titulo «*Salus infirmorum*», ibi a Vasco de Quiroga, primo Mechocanensis regionis praesule, erectum, V 69, et episcopali Sede aliquando claram, 70, in quo B. M. V. ab ipso Vasco in Mexicum inducta imago, 69, beneficiorum gratia insignis, et a Leone XIII aurea corona donata, summa veneratione colitur, 70, ad ecclesiae collegiatae gradum erigitur, 71, cum uno abate, curam animarum gerente, et quatuor canonicis, qui omnes personaliter resideant, 72, et Horas canonicas et conventualem Missam celebrent; eisque congrua statuitur sustentatio ex ecclesiae bonis, 73, ac privilegia consueta et peculiares vestes, honoris causa, conceduntur, 74.

Pauli (S.) in Brasilia dioecesis in sex partes dismembratur, ex eiusque territorio una pars in archidioecesim, S. Pauli item nuncupandam, erigitur, aliae quinque in novas eriguntur dioeceses Taubatensem, Botucatuensem, Campinensem, de Ribeirão Preto et S. Caroli do Pinhal, V 246: - novae archidioecesis describuntur limites, 247, eique assignantur administrandae oblationes aedi D. N. de Apparitione factae, ut de superfluo impensarum aedis dos constituantur primo Ecclesiae ipsi metropolitanae, et inde aliis dioecesibus provinciae, 256. In ea maius erigatur seminarium ad philosophicas et theologicas disciplinas tradendas, 257, et ab ea, iure metropolitico, pendeant quinque novae dio-

ceses, 259, et dioecesis Curitybensis de Paranà, 260.

Paulinus (S.) episc. Nolanus, conspicuus inter sacros antistites Campanos, a clarissima civium romanorum familia Burdigalae natus, brevi senatoria dignitate potitus, Italianum consul petuit et Nolae sedem statuit, V 297. Ad sepulcrum S. Felicis patrata miracula videns, de christiana religione amplectenda cogitare coepit et, in Galliam reversus ibique baptizatus, divitiis omnibus spretis, Barcinonem secessit, ubi, frustra reluctans, presbyter ordinatur. Inde Nolam regressus, monasterium instruxit, vilia quaeque officia exercens; episcopus renuntiatus, 298, S. Felicis cryptam basilicamque instauravit et caritatis institutionibus auxit. Campanariam turrim primus erexisse et campanarium aes populo advocoando adhibuisse dicitur; et praecepit Ecclesiae tunc temporis lumninibus amicus, magna scientiarum opinione claruit. A barbaris vastata Campania, Ecclesiae opes alendis pauperibus et captivis redimendis impendit, et seipsum in servitutem ad eos liberandos redigere non dubitans, in Africam capit. Inde, praesenti Dei ope liberatus et ad suos reversus, 299, placidissime obiit. Corpus ad S. Felicis conditum, deinde Beneventum, et postea Romam translatum, et ad S. Bartholomaei in insula Tiberina asservatum, a Campaniae antistitibus iamdiu communibus votis expetitum, 300, novis nunc precibus annuens B. P., capta occasione renovationis templi cathedralis et sacerdotalis Sui iubilaei, a Se recognosci iussum, et in Vaticanas aedes translatum, Nolano episcopo tradit, in cathedrali templo condendum, 301, aucto- que in Ecclesia catholica ritu festi eiusdem S. Pontificis, varias indulgentias pro festo ipso concedit, 302.

Paulus (S.) apostolus: propositiones quae docent eum non tradidisse doctrinam de Christo quam Iesus do-

cuit, sed eam quam conscientia christiana concepit, V 80, ab eoque inventam doctrinam de morte piaculari Christi, 81, nec historica esse quae de Eucharistia ipse narrat, damnantur, 82.

Paupertas non erubescenda, I 121.

Pauperum onera in divites ex iustitia quae proveniant, I 120.

Pax vera haberi nequit sine Religione, I 6.

Peccata venialia, eorumque affectus, non sunt obex Communioni frequenti, imo quotidiana, II 254.

Peccatorum reconciliatio: propositio quae docet eam serius ab Ecclesia admissam esse, damnatur, IV 82.

Péchenard Ludovicus, catholici Instituti Parisiensis rector, epistolam accipit, qua B. P. memorat perenne studium Sedis apostolicae in prophunarum etiam scientiarum disciplinas, et ab ea erectas antiquas Universitates, II 48; laudat episcopos et populum Galliae ob curam et munificentiam qua Institutum illud prosequuntur, et doctores ob obsequium erga Sedem apostolicam; et improbat eorum agendi rationem, qui, veterum posthabita sapientia, 49, et Ecclesiae magisterio non satis obtemperantes, veritatem mutabilem haberi vellent, 50.

Pellegrini Arsenius, Ord. S. Basillii, abbas coenobii Cryptae Ferratae, occasione novies saecularium solemnium a coenobio inito, epistolam accipit, qua B. P. ipsum perennis studii Romanorum Pontificum in Orientalem Ecclesiam simulque duarum Ecclesiarum unionis, quae pro viribus ab omnibus Catholicis est accuranda, praeclarum exemplum declarat, I 357.

Pembrokiensis dioecesis in Canada: ab ea, nimis extensa, boreale territorium excerpitur, V 307, quod certis limitibus circumscriptum, 308, in vicarium apostolicum erigitur, de Temiskamingue denominandum, 309.

Pereira Simeon, episc. de Nicaragua, epistolam accipit, qua B. P. eum a Reipublicae rectoribus, iniuria Religioni iniecta, in exsilium pulsum solatur, II 164, eique auxilium caeleste non defuturum confidit; hortatur tamen humanis etiam adiumentis adlaboret, ut libertatem redeundi obtineat, 165.

Peruvia: eam controversias cum Brasilia et Bolivia iudicio virorum caetui submisisse, cuius praeses fuerit Nuntius Apostolicus, gaudet B. P., II 67. v. *Cajamarca, Tovar*.

Pesqueira (de) vicecomes laudatur ob liberalitatem qua in collegio Lusitano alumnos Sacrorum sustentat, V 14.

Peterboroughensis dioecesis: territorium ab ea distractum erigitur in novam dioecesim S. Mariae Ormensis, I 354.

Petri et Marcellini (Ss.) in via Merulana de Urbe paroecia constituitur, eique tribuuntur bona extinctae paroeciae S. Laurentii in Lucina, III 209.

Petropolitana dioecesis aboletur, V 172, eique sufficitur dioecesis Nichetroyensis, 173.

Petrus (S.) apostolus: propositio quae docet eum de primatu a Christo ei collato ne suspicatum quidem esse, damnatur, V 83.

Philippinae insulae: sacerdotes eo migraturi vel proficiscentes quibus legibus teneantur, I 66. v. *Sacerdotes*.

Philosophia in seminariis tradatur iuxta doctrinam S. Thomae, III 167, ad normam Litterarum encyclicarum Leonis XIII *Aeterni Patris*, V 39, ut novitates vitentur sententiarum, ex veterum sapientiae fastidio exortae, 40: - eius studium quomodo tradendum in seminariis italicis, sive theologiae praemittatur, sive omittatur specialis propedeuticae annus, 47.

Piana societas in Helvetia ob collegium B. Alberti magni ad institutionem clericorum Friburgi nuper exstructum a B. P. laudatur, III 22.

Piccardo Antonius, moderator generalis Sodalitatis Filiorum a S. Maria imma-

culata, epistolam accipit, qua B. P. probat consilium evulgandi scripta omnia Iosephi Frassinetti eiusdem Sodalitatis fundatoris, quae laudat utpote fidelium excitandae sanctitati perutilia, III 161, et necessitatibus aetatis nostrae accommodata; quaeque nomini Suo inscribi concedit, 162.

Piceni episcopi, qui B. P. providentiae officium in praesentibus difficultatibus circa seminaria et perniciosas opiniones in clerum serpentes, communibus litteris Laureto datis, obsequenter acceptarunt, V 93, incitantur epistola ad clericorum studia magis curanda, 94.

Pium-Latinum-Americanum Collegium: a Pio Pp. IX erectum, et a Leone XIII amplificatum, II 59, magnos Ecclesiae fructus comparans; et carissimum toti episcopatui ex America Latina, qui in eius aedibus Concilium plenarium habuit, 60, Pontificii titulo decoratur, ac perpetuo committitur Societati Iesu, cuius athenaeum Gregorianum adibunt studiorum causa alumni, 61: ii sint legitimi, sani corpore et mente, humanitatis et litterarum studiis ordinariis imbuti, sufficienti ad redditum pecunia instructi, 62, licentia et cautione proprii Episcopi muniti: capellaniae ab episcopis erigendae: alumnos expellendi facultas fit Rectori, 63, qui certo ea utetur in eos qui, altero facto experimento, academicos gradus non tulerint: Rectori imponitur onus relationem quotannis conficiendi de Collegii rebus, quam et Cardinali Patrono et ipsi Pontifici deferet, 64. Hoc tamen B. P. ut inter moderatores, et veteres alumnos iam ministerio incumbentes continua intercedat necessitudo, qua hi confirmetur et consiliis illorum inventur, 65: - benevolentia summa prosequitur B. P., et ephemerides ab eo editas coniunctioni animorum inter praesentes et veteres alumnos servandae probat, I 264: v. *Cappello*. - alumnos excipiet e praelatura San-

taremsi, I 43, e dioecesis Campaniensi, V 104, de Uberaba, 126, Nichteroyensi, 175, de Cajamarca, 212, S. Pauli in Brasilia, Taubatensi, Botucatuensi, Campinensi, de Ribeirao Preto et S. Pauli do Pinhal, V 258.

« *Piusverein* » : Societas ad diaria et ephemeredes omne genus in Austria vulgandas, a B. P. maxime probatur, III 19, et omnibus fidelibus commendatur, 21; v. *Argentina*.

Poenitentiae sacramentum suscepturi pueri peculiariter edoceantur, II 81. - propositiones quae docent illud evolutionem esse baptismi, V 81, et serius ab Ecclesia admissum esse, eique non referri verba « *Quorum remiseritis* » etc., damnantur, 82.

Poenitentiaria: eius actio foro interno non sacramentali definitur, IV 156; officiales et modus se gerendi describuntur, 228.

Poenitentiarii Lateranenses, Ordinis Fratrum Minorum, a ministro Ordinis generali seligendi et a Cardinali Poenitentiario maiori, a quo in iis quae ad ministerium spectant pendent, probandi: ex eis praeses a ministro generali eligendus, V 112, qui pariter religiosae disciplinae invigilet, sed et collegio alumnos ne removeat in consulta Poenitentiario maiori, 113.

Poenitentiarius maior Cardinalis, vacante Sede apostolica, manet in munere, quod si obierit, post triduum in Congregatione generali, III 247, ei alias sufficiatur Cardinalis, qui munus gerat quoad Sedis apostolica vacet, 248: ei munera incumbunt a Benedicto XIV in Constitutione *Pastor bonus* definita, 249: - aluninos a ministro generali Ordinis Minorum ad munus Poenitentiarii Lateranensis praesentatos probandi et in collegium cooptandi ius habet, quos in ministerio exercendo habet subditos, V 112.

Politica actio Democratiae christiana inhibetur, I 122.

Politica res ab Ecclesia normas accipere debet, I 57.

Poloniae episcopi Russico imperio subiecti, epistolam accipiunt, qua B. P. memorans tum Suum erga Polonus amorem, II 197, tum eorum merita in Ecclesiam et civilem totius Europae cultum, et fidem observantiamque in apostolicam Sedem integrum usquenunc perseverantem, eos ad concordiam hortatur, 198, ut minuere et avertere possint mala quibus affligitur ea Poloniae pars, nempe anarchistarum factionem, *radicalismum nationalem*, Iudeorum caedes, inactiōnem, 199, et inutiles querelas bonorum. His autem opponantur oportet, catholicae religionis professio ceteris rebus anteposita, 200, a partibus legi Dei adversis abstinentia, erga civilem potestatem reverentia et fides, 201, bonorum in consociationibus unio, operum et ludorum scholasticorum ex condicto cessationum prohibitio, puerorum adulescentiumque, 202, praecipueque clericorum, recta institutio, libertatis a novis Russici Imperii legibus concessae strenuum exercitium, 203. Episcopos demum hortatur B. P. ut de his omnibus collatis consiliis decernant, et Suam protectionem apud Imperatorem promittit, 204. - v. *Varsaviensis archiepiscopus*.

Pomes (de) *Benedictus*, eques, praeses Conventus Societatum Marialium ex Hispania et America proxime Barcinone habendi, epistolam accipit qua B. P. ipsum coetum probat, I 391, atque bonos fructus auspicatur, 392.

Pompeiana opera: Augustus, archiep. tit. Caesariensium Ponti, Magister largitionum B. P. eiusque Legatus Aedi sacrae piisque Pompeianis operibus regundis, epistolam accipit qua B. P. ei gratulatur quod non paullum opera illa emolumenti collegere, plus certe ea persensura in posterum confidit, IV 20; clarum etiam virum Bartholomeum Longo eiusque uxorem Mariam Annam Fusco, qui de incremento et prosperitate rerum sacrarum Pompeianae Vallis meriti semper sunt

atque mereri perseverant, testimonio laudis honestat, 21.

Pongraczius Stephanus (B.), in Hungaria ortus, in Societatem Iesu adscitus, sacris missionibus in patria a Lutheri et Calvinii erroribus infecta adlaboravit, I 375, sed urbe a Racoczyo capta, ferrea clava percutitur, 376, et post varia tormentorum genera, cum Marco Stephano Crisino et Melchiore Gradezzio tolerata, acinace percussus et in latrinam detrusus, vulneribus et foetore perculsus migravit ad Dominum, a quo signis una cum sociis, illustratus fuit, v. *Crisinus*.

Pontificalium usus pro praelatis episcopo inferioribus ordinatur, II 26: iis Collegiis adimuntur, quae documenta iis faventia episcopis intra certum tempus non ostendent, 47.

Pontificis obitus: - a praefecto Palatii Apostolici Cardinali Camerario, III 248, et Decano statim communicetur, ab hoc autem Cardinali Vicario, qui populum certorem faciat, et aliis Cardinalibus, 249, etiam extra Romanam de gentibus, ac Legatis Pontificiis pariter absentibus, 319: - a Cardinali Camerario recognoscatur eiusque actus conficiatur, 248.

- *exequiae*, a Congregationibus Cardinalium praeparatoriis curandae, III 246, per novem dies a Cardinalibus persolvantur, et ultima die oratio habeatur « de Pontifice defuncto », 252, cuidam viro ecclesiastico a generali Congregatione Cardinalium commissa, 246; - si res urgeat, privatim flant in palati Vaticani capella, 299.

- *electio*, gravissimum ecclesiae negotium, compluribus legibus vario tempore latis ordinata, III 239, proprio codice donatur, collectis, et si opus fuerit, paulisper immutatis superioribus praescriptionibus, quae omnia abrogantur praeter Constitutiones *Commissum Nobis* diei 20 Ianuarii 1904 et *Praedecessores Nostri* diei 24 Maii 1882, et *Instructionem adiectam*, 240: in eo codice agitur primo de Sede vacante,

nempe de potestate Cardinalium collegii, 241, de eorum Congregationibus, 242, de nonnullis peculiaribus Officiis, 247, de Romanis Congregationibus, 251, et de exsequiis Romani Pontificis, 252: dein de electione ipsa, nempe de electoribus, 252, de conclave, 256, de ingressu in Conclave, 259, de eius clausura et de secreto servando, 262, de forma electionis, 264, de rebus in ea electione servandis vel vitandis, 282, de acceptatione, proclamatione, consecratione et coronatione novi Pontificis, 286, v. *Electio*.

Portus Gratiae dioecesis, in oris Labradoriae, suffraganea fit novae archidioecesi S. Ioannis, I 168.

Postel Maria Magdalena (Ven.), a Deo suscitata scholis tuendis a christiana fidei insectatoribus, V 145, nata est Barflorei in Gallia et nomen Julianum Franciscam Catharinam baptismate accepit. Puerula pietate, ecclesiarum frequentia, a pueribus nugis aversatione, benignitate in pauperes, peccati abhorrentia, 146, virtus et cultus asperitate, S. Communionis amore, hominumque salutis ardore inclaruit. E monasterio, cui instituenda tradita fuerat, egressa, in domo paterna puellis praesertim pauperibus instituendis scholam aperuit, quas magna caritate pietati, studiorum primordiis et muliebribus operibus erudiebat, merito S. Ioanni Bapt. de la Salle aequiparata, 147. Poenitentiae addictissima, perfectionis apicem visa est attigisse. Gallica rerum omnium eversione perdurante, sacras supellectiles sacraque mysteria domi abscondit, cateschesim tradit, pueros et morituros S. Communione muniri curat, virgo-sacerdos iure appellata. Quiescentibus rebus, ob sacerdotum inopiam munus Evangelii praedicandi suscepit, omnibus admirationi facta, 148. Consilium instituenda Societatis ad puellas pietatis laborisque amore induendis, quae manuum opere viveret, Constantiensis episcopi freta suffragio executione mandans,

cum tribus sociis vota nuncupavit, nomine Maria Magdalena sibi imposito, 149, et nullis fracta laboribus, nec complurium e suis sociis morte, societatis, paullatim adactae, in oppido S. Salvatoris *Le-Vicomte* dominum principem constituit, 150, quae sub nomine Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia canonice erecta est. Mirabilis fuit in ea obedientia, humilitas, laboris studium, angelica puritas vitae, unde et charismatibus a Deo cumulabatur, 151: et morte interempta, corpus summa omnium veneratione in templo conditur. Causa beatificationis eius instructa, et probatis virtutibus heroicis et miraculis, 152, Ven. Dei famula in Beatarum Virginum numerum refertur, 153.

Pothier Iosephus, abbas ex O. S. B., gratias accipit ob epistolam gratianimi sensus exprimentem propter musicae sacrae instaurandae consilium, et laudatur ob volumen « Cantus Mariales » muneri missum, I 174.

Pouso Alegre (*) in Brasilia: ab ea dismembrantur certae paroeciae in novam dioecesim Campaniensem erigendae, V 99.*

Pradilla paroecia, e dioecesi Jacensi avulsa, archidioecesi Caesaraugustanae subiicitur, I 34.

Praecepta Ecclesiae: eorum disciplina Congr. Concilii tribuitur, IV 151.

Praedicationis ministerium in Italia, probatis tantum viris concredatur, III 168; et qui non Iesum sed seipsos praedicant omnino arceantur, 169.

Praedicatorum Ordo: - ob novum collegium Friburgense B. Alberti Magni laudatur, III 22: - duplēcēm Martyrum manipulum Ecclesiae exhibet, in regionibus Tunquini pro fide saeculis xviii et xix interemptorum, quorum alii Hispani, alii Tunquinenses, 88; - ei gratulatur B. P. novum Collegium Urbanum S. Thomae, quod Pontificii titulo exornat, V 321, v. *Cormier*.

Praefectura apostolica de Youkon creatur in Canada, V 184.

Praelati Urbani seu Domestici: eorum privilegia confirmantur ac declarantur, II 46.

Praeservatione Fidei (*Opus a*), praeservanda ab haereticorum insidiis Romanæ plebis fidei institutum, maximopere ab omnibus catholicis curandum, quotquot Iesu Christi Vicarium colunt atque diligunt, II 178; pluribus indulgentiis tam plenariis quam partialibus ditatur, 180, sacerdotesque ei addicti privilegio donantur altaris privilegiati ter in hebdomada, 181; simulque eis qui sint zelatores, privilegia complura conceduntur, 182, et operi universo potestas confirmatur aggregandi alia cognomina instituta, 183.

Presbyteri, v. *Sacerdotes*.

Prévost Eugenius, sacerdos Parisiensis, de sodalitate ab eo condita, quae sacerdotes misere lapsos excipiat, neconon senio et valetudine confectorum curam gerat, laudatur, I 248.

Principe Alberto (*dioecesis a*) in Canada erigitur ex vicariatu apostolico de Saskatchewan, V 135, sede episcopal in civitate Prince-Albert constituta, quae metropolitanae ecclesiae S. Bonifacii obnoxia manebit, 136.

Privilegium paulinum a Congr. S. Officii cognoscitur, IV 149.

Procuratores Rotae: eorum proventus, IV 180 sq.

Prodatarii S. R. E. officium cessat vacante Sede apostolica, III 249.

Proletariorum onera in divites ex iustitia quae proveniant, I 120.

Promotor iustitiae (*Rotae*): eius qualitates et electio, IV 163; convocatio ad Signaturam Apostolicam, 177.

Promulgandi: Constitutio qua actorum omnium Sedis apostolicae promulgatio in posterum per commentarium « Acta Apostolicae Sedis » fieri debet, IV 144.

Propaganda Fide (*S. Congregatio de*): eius iurisdictio se extendit ad regiones missionum et ad nonnullas alias,

IV 152; regiones quaedam subducuntur; eius iurisdictionis restrictio quoad matrimonium, fidem et ritus; religiosi ab ea non pendent nisi quatenus missionarii; integra manet Congregatio pro negotiis rituum Orientalium; praefectura specialis pro re oeconomica desinit et committitur ipsi Congregationi; ei coniungitur coetus pro unione Ecclesiarum dissidentium, 153; eius ratio agendi describitur, 225.

Propagationis Fidei (Opus) magnis laudibus probatur, I 225, eique S. Franciscum Xaverium patronum assignatur, cuius festum ad ritum duplicum maiorem pro universa Ecclesia evehit, 227.

Propedeuticae annus theologiae praemittatur, ut philosophiae melius studieatur et disciplinis quae in cursu theologicu locum facile non inveniant, IV 44, 46; quae enumerantur, 49.

Proprietatis ius e natura exsurgit, etiam in res usu non consumptibiles, I 119: idque a democracia christiana non laedendum, 121.

Protonotarii apostolici in quatuor classes distinguntur, et earum singulae propria privilegia determinantur, II 29: nempe Protonotariis de numero participantium, 29; supranumerariis, 32; ad instar, 38; titularibus seu honorariis, 43.

Providentiensis dioecesis scinditur et nova erigitur dioecesis Riverormensis, I 214.

Pueri: - adhibendi in cantu ecclesiastico, I 83: - sacram catechesim singulis dominicis festisque diebus edoceantur, et ad Poenitentiam, Confirmationem, primamque Communionem parentur, II 81: - eorum institutio ab Ecclesia vindicanda, I 8: a Salesiana Sodalitate, quam fructuose curata, 322: item a Religiosis familiis in Gallia, quae iniuste ea arcentur, 434: - in Polonia catholicis omnibus commendatur, ut omnibus viribus adlaborent, ad libertatem ei obtinendam, II 202.

Pustet Carolus epistolam accipit, qua B. P. fausta quaeque adprecatur Conventui catholicorum Germanorum Ratisbonnensi, quo parando comitatui ipse praest, I 308.

« Québec »: solemnia ccc anniversarii ab ea condita probat B.P., V 197, v. *Bégin*. *Quebecensis* episcopus v. *Bégin*.

Quingley Eduardus, archiep. Chicagensis, epistolam accipit, qua B. P. probat Societatem dilatandae per foederatas Americae civitates Ecclesiae catholicae, qua immigrantium fidei consulitur, sodalitatibus catholico nomini infensis obsistitur, V 52, a Christo alieni ad Ipsum revocantur, et catholici sacerdotum ministerio destituti curantur: eamque ob reverentiam et obedientiam episcopis habitam laudat; S. Philippo Neri uti patrono commendat, 53, et peculiaribus indulgentiis ditat, 54.

Quiros (de) Bernaldus, coenobii *Cobreces* cum adnexa agriculturae schola fundator, laudatur, V 337.

Radicalismus nationalis in Polonia improbat, II 199.

Rampolla del Tindaro card. Marianus: ei confirmatur munus apparandi festa pro 1 anniversario ab immaculatae Conceptionis dogmatis proclamatione, I 29: ob Marialem conventum Romae indictum et proxime habendum laudatur, 393; - epistolam accipit qua B. P. in Seminario Vaticano scholas lycei, philosophiae et theologiae suppressit, II 142.

Rationalismi errores, in novae scientiae argumentis inventi, I 10, dogmate immaculatae Conceptionis directe impugnantur, 159.

Ratisbonnensi catholicorum Germanorum coetui periucundum exitum ominatur B. P., I 309.

« Razón y Fé » commentarius: in eo duo edita scripta de electionibus magistratum et legislatorum approbat B. P., III 42.

Razzolini Attilius, machinator Florentinus, ob perexcultam divinae Comœdiae editionem B. P. oblatam gratias accipit, I 229.

Recognitores in electione Summi Pontificis sorte extrahantur, III 27 et 2, post numerata suffragia, recognoscant utrum adnotaciones a Scrutatoribus factae vere respondeant nominibus in schedulis inscriptis, 280.

Redemptionem per mortem Christi factam: propositio quae docet eam doctrinam non esse evangelicam sed paulinam, damnatur, V 81.

Redemptoris (SS.):

— *Congregatio presbyterorum saecularium*, v. *Michælis*.

— *Congregatio v. Maiella*.

Regiminis unitas quam maximi in Religiosis familiis sit facienda, I 297; eaque in Hispania iamdiu pro variis Ordinibus abrupta, et pro plerisque nunc restituta, restituitur nunc etiam pro Fratribus Minoribus et pro Ordine Scholarum Piarum, 298, ita ut supremi in Hispania Ordinis moderatores Vicarii generalis tantum nomine et auctoritate honestentur, et Assistentes seu Definitores et Capitula interprovincialia audiant. Eorum ordinatur iurisdictio in Hispanos subditos, etiam in transmarinas domus missos, 299, dependentia a moderatore generali totius Ordinis, 300, itemque Hispanorum omnia vox passiva ad munera totius Ordinis et ius habendi Romae proprium Definitemur seu Assistentem generalem et Vice-Procuratorem Hispaniae, 301.

Reipublicae forma in Gallia Sedi Apostolicae non invisa, III 183.

Religionis: — *libertatem* in Concordatu Gallico pactam, II 186, violatam esse a Republica, quae episcopis liberum ad apostolicam Sedem aditum prohibet, Romanarum Congregationum decreta spernit, 189, Religiosas familias, etiam seminariis praefectas, expellit, queritur B. P., 190.
— *scholæ* in magnis urbibus instituendae, II 81.

Religiosi: subduntur novae Congreg. negotiis Religiosorum sodalium praepositae IV 152, etiam in locis Congr. de Prop. Fide subiectis, IV 153; causae eorum criminales reservant notariis sacerdotibus, 163, v. *Vota*; — exemplar eis praebetur B. Stephanus Bellusini, I 380: per reformationem legis ieiunii et abstinentiae in Italia non dispensantur a ieiunis et abstinentiis Ordini propriis, V 34: — in eorum sacellis Missae lectae in nocte Nativitatis non permittuntur ianuis aperitis, neque in eorum ecclesiis, V 329.

— *Italiae* et adiacientium insularum, ad sacros Ordines admittendi, iuxta S. Tridentinae Synodi praescripta, coram Ordinario loci vel eius delegato doctrinæ periculum subeant, III 59.

— *dimissi*, in seminariis antea non admittantur quam per litteras Instituti moderatorum constiterit, nihil in eis esse quod sacerdotali statui minus conveniat, et, Sacris iniciati, nullimode adeant dioecesim, e cuius seminario expulsi fuerint, II 592.

Religiosis (S. *Congregatio de*): ad ipsam spectat relaxatio votorum religiosorum; eius competentia se extendit ad causas religiosorum ample acceptorum et ad tertios ordines saeculares; in linea disciplinari tractat negotia suae competentiae; cetera ad Rotam refert; concedit dispensationes a iure communi pro religiosis, IV 152; administrari qui et quot habeantur, 224.

Religiosorum familiæ in Gallia quam bene sint meritae de puerorum institutione et quam nefarie a Reipublicae praesidibus persecutionem patiantur, I 434: — item eas in Republica Aequatoriana exturbatas dolet B. P., II 96: — eae tam virorum quam mulierum, hoc tempore in invidia sunt, II 13: usum frequentis et quotidianaæ Communionis propagare satagant, contrariae regulæ abrogatae censeantur, vel ut mere directivæ quoad dies praescriptos, II 255; Superiores current ut dispositiones S. Congr. Conci-

lii de hac re quotannis vernacula lingua in mensa communi legantur, 256. — eae tam vota solemnia quam simplicia profientes, omne caritatis genus amplexae sunt, III 141; confirmatur lex ne ulla nova sodalitas erigatur ubi per iam existentes locorum necessitatibus sufficienter subventum fuerit, ullave quae victui necessariis careat vel in titulo, habito et operibus, aliquid indecorum prae se ferat; additur nunc ut nulla possit institui ab Ordinariis locorum sine praevia licentia Sedis apostolicae, cui submittendae erunt causae institutionis, opera, habitus, opes sodalitatis, 142, quae semel adprobata, sine nova venia immutare non licebit: sodalitatum earumdem Ordinarius constitutiones recognoscet, confirmet, et iurisdictionem in eas intra limites suaे dioecesis servet, 143.

— *moderatoribus* quaestiones in triennali relatione expendendae mittuntur, III 144, v. *Votorum simplicium*.

Reliquiarum S. Congregatio unitur S. Congregationi Rituum, I 141.

Renzullo Angelus, episcopus Nolanus: ei fit facultas corpus S. Paulini episcopi Nolam transferendi, V 297, vide *Paulinus*.

Respighi card. Petrus, in Urbe Vicarius, epistolam accipit, qua B. P. abusus qui circa musicam in sacris functionibus, praecipue in Vesperis, invaluerunt in Urbe, omnino tollendos edicit, normasque ad musicam sacram restituendam edit, I 68: — item aliam, qua B. P. memorans necessitatem ut instauratio omnium rerum in Christo incipiat a clericorum institutione, 257, iuxta S. Tridentinam Synodum in seminariis tradenda, 258, iubet ut omnes clerici, etiam sacerdotes e dioecesibus missi ut Romae studii incumbant, in seminariis vel ecclesiasticis collegiis degant, et ad institutionem gratuitam in seminario Romano non admittantur lyceo studentes nisi deficiant theologiae auditores, quamvis non

oriundi ex Urbe sed tantum domiciliati, 259; clerici prohibentur ne praefectorum munus in laicorum collegiis exerceant, 260, nec sacerdotio promoveantur nisi iv theologiae annum expleverint et tres annos in seminario aut ecclesiastico collegio deguerint, 261: — item aliam epistolam accipit, qua B. P. quanta sit exercitiorum spiritualium necessitas in clero, I 418, a Christo Domino iam adumbrata, ad studium sacrarum rerum excitandum, 419, ad mundanum spiritum evellendum, ad animae negotii rationes conferendas, dicit, 420, eaque Romano clero tertio quoque anno in certis asceteris peragenda iubet, 421.

Resurrectio Iesu Christi: propositio quae docet eam non esse factum ordinis historici nec demonstrabile, fidemque in ipsam fuisse fidem de vita Christi immortali apud Deum, damnatur, V 81.

Revelatio: propositio quae docet, eam qua est obiectum fidei catholicae, non fuisse completam cum Apostolis, damnatur, V 79.

« *Revue Thomiste* » v. *Montagne*.

Reynold (de) Ludovica praeses consociationis catholicae internationalis puerilis tutandis, una cum baronissa de Montenach vicepraeside, epistolam accipiunt, qua B. P. eis gratulatur operis fructus, eiusque spiritum laudat, quo bonorum omnium auxilia recipiuntur, et malis omnibus succurritur, III 202, et dicit Se exoptare ut spiritus idem propagetur, 203.

Ribeirão Preto (de) dioecesis in Brasilia erigitur, territorio e dioecesi S. Pauli exscerto, V 246, eius describuntur limites, 252, sedes episcopalnis in civitate homonyma ponitur, et cathedrale constituit templum S. Patrono dicatum, 254, eaque fidelium liberalitati commendatur, 255, Capitulo cathedrali, 256, et Seminario minori instruatur, 257, et novae archidioecesi S. Pauli obnoxia sit, 259.

Richard card. Franciscus, archiep. Parisiensis, epistolam accipit, qua B. P.

Opus a catechismis laudat, I 101: - item aliam, qua B. P. sacerdotii annum LX et episcopatus XXXII celebranti gratulatur, II 19: - idem cum ceteris episcopis Instituti catholici Parisiensis patronis simul ad eiusdem instituti rationes examinandas conventuris, epistolam accipiunt, V 38, qua B. P. eos hortatur ut nullum detrimentum Instituto inferri sinant, quin etiam novis disciplinis ad adversarios refellendos ipsum ornare studeant: eique addicant alumnos clericos ex uniuscuiusque dioecesi ad philosophiam et theologiam addiscendam. Hortatur etiam ut philosophiam ipsam iuxta S. Thomae Aquinatis doctrinam in seminariis tradendam current, 39, ut devitent novas sententias de ipsis fundamentis doctrinae christiana, quae praecise ex veteris sapientiae fastidio et novitatis amore proveniunt, 40.

Rinaldini Aristides, archiep. tit. Heracleensis, Nuntius apostolicus in Hispania, S. R. E. Cardinalis cretur, IV 28; et occasione bireti impositionis, a B. P. laudatur, 267.

Ritus Orientales (S. Congreg. pro eorum negotiis): eius competentia per Constit. « Sapienti Consilio » non mutatur, IV 153.

Rituum (S.) *Congregatio*: ei perpetuo unitur S. Congr. Indulgentiarum et Reliquiarum, I 114; - eius competencia definitur rebus quae ad ritus Ecclesiae Latinae proxime spectant, IV, 155, 226; vigilat ut sacri ritus et caeremoniae diligenter serventur, concedit dispensationes oportunas, insignia et privilegia honoris; procurat beatificationem, 155, et canonizatiem Sanctorum et Reliquias; ei coniungitur coetus liturgicus, coetus historico-liturgicus, coetus pro sacro concuento, 156.

Riverormensis dioecesis erigitur in urbe Fall-River, eique territorium a dioecesi Providentiensi distractum assignatur, I 215.

Roberts Ioannem, Anglo-Benedictinae Congregationis alumnus, cum pluribus monachis, effuso sanguine, primum Apostolicae Sedis asseruisse, memorat B. P., II 166.

Rockfordiensis dioecesis certis comitatibus ab archidiaecesi Chicagiensi se iunctis constituitur, V 312.

Romanus Urbis in ecclesiis Visitatio apostolica indicitur, I 169.

*Romanus cleru*s tertio quoque anno adigit ad exercitia spiritualia peragenda apud sodales Societatis Iesu, vel a Christi Passione, vel Vincentianos, I 421.

Rosario perpetuo (*Con sociatio a*), i. recurrente anno ab eius initio, laudatur, V 276.

Rotae (*Tribunal S.*): causas iudicario ordine servato tractandas accipit a Congr. de Sacramentis; IV 151, a Congr. Concilii, et a Congr. de Religiosis, 152 causae contentiosae non maiores ad eam devolvuntur, 156; lex propria, 162, 228; vacationes, 166; competentia; causae maiores excluduntur; restrictio quoad recursus contra dispositiones Ordinariorum; sanctio nullitatis decernitur, 167; assumptio causae, 167 sq.; definitiones provisoriae relictae Praesidi turni; causae relatio, 168; causae introductio, constitutio diei; formula dubii; mutatio diei, 169; documentorum exhibitio; defensionis forma et tempestiva depositio, 170; responsiones et causae conclusio; prorogatio et limitatio temporum; limitatio scripturarum; impressio, 171; prohibitio recipiendi informationes orales ad iudicem, 172; causae discussio; sententiae promulgatio, 173; appellatio; renuntiatio, 174; exemptio a judicialibus expensis, 181; v. *Advocati, Apparatores, Auditores, Congregationes Romanae, Cursores, Custodes, Defensor sacri vinculi, Notarii*.

Rua Michaël epistolam accipit, qua B. P. Sodalitati Salesianae, cui praeest, de optimis in Ecclesia fructibus, duplicitate ordinis Sodalium eius incremento

gaudet, I 321, eamque omni fidei, paroeciae, civitati, dioecesi commendat, eius finem nempe puerorum institutionem laudans, et privilegia indulgentiasque confirmans, 322.

Russicum imperium catholicae fidei libertatem concessisse gaudet B. P., II 203.

Russo-Iaponicum bellum luget B. P., II 67, 184.

Rutheni catholici permulti, qui, in civitatibus foederatis Americae migrantes, ibidem complura templa sibi compararunt, V 58, quo efficacius contra schismaticorum civium opera armentur, episcopo proprio donantur, qui ab apostolica Sede nominatus, a locorum episcopis delegata tantum gaudeat potestate, officia ordinis episcopalis apud Ruthenos adimpleat, visitationem canonicam ineat, et de statu morali et oeconomico missionum episcopis et Delegato apostolico referat, 59: qui in urbe Philadelphia residat, praestatione omnibus Ruthenis communitatibus imponenda sustentetur, curet ut rutheni clericis instituantur tum in proprio seminario, quantocius instruendo, tum in seminariis dioecesanis, nonnisi caelibes ad Ordines admittendi, 60; deficientibus presbyteris in America natis, vel ibi commorantibus, per S. Congr. de Propaganda Fide, sacerdotes ex Europa accire curet, caelibes aut viduos sine filiis, qui tamen dioecesi originis in cardinati manebunt. Presbyteri omnes rutheni in America degentes confirmationis sacramentum administrandi potestate parent, 61, amovibiles sunt ad nutum Ordinarii loci, admisso tamen recursu ad Delegatum apostolicum, et a communitate ruthena sustentationem recipient, 62. Fideles, ubi non habentur sacerdotes eorum ritus, se conformabunt ritui latino, sed ut ad eum transeant, quod a nullo missionario latino eis suggeratur, licentiam a Sede apostolica obtineant; ritumque latinum, in patriam redeun-

tibus, liberum erit relinquere, 63: festa et ieunia iuxta locorum consuetudinem servabunt, sed missae festivae in propria ecclesia adsistant, si ea habeatur. Matrimonia inter latinos et ruthenos ordinantur, et filiis patris ritum assignatur, nisi matris latinae ritum sequi a patre indulgeatur, 64, 65.

Sabbaghian Paulus Petrus XII, patriarcha Ciliciae Armeniorum electus, confirmatur in Concistorio, II 195.

Sacerdotes: recens initiati summa cura invigilantur, I 10: eorum recta institutio quam necessaria sit ad fidem in mundum amplificandam, 257: - sine Ordinarii licentia nec in supremo nec in singulis conventibus alterius coetus Operis a Conventibus catholicis Italiae admittantur, 314: item officium scientiae Christi tradendae omnibus anteponant, II 75: nomen vero dantes consociationi vulgo « *Lega democratica nazionale* », suspensionem a divinis ipso facto incurruunt, III 173: - lapsis et senio confectis refugium praeberti probat B. P., I 248; - absque venia Ordinarii, diaria moderanda ne suscipiant, IV 199.

- *Americani* v.

- e *clero saeculari* ritus Latini ex Italia in Americam migraturi, sine speciali apostolico Indulso, I 65, non mittantur, 63, nisi solida spes affulgeat eos verbo et exemplo fideles aedificaturos esse, ab Americano episcopo in scriptis acceptatio Italo episcopo significata sit, et accedat assensus S. Congr. Concilii. Haec item necessaria erit, si ibi sacerdotes ipsi de una in aliam dioecesim transire cupiant, 64: neque itineris causa sine venia S. C. Concilii mittantur, nisi urgeat necessitas, quo casu eadem S. C. moneatur, et tempus itineris ad sex menses coartetur, 66: - ex aliis Europae partibus item Americanum non adeant, nisi de consensu episcopi Americani, vel in casu necessitatis, ut supra, 66: - ex qualibet

Orbis parte pariter Philippinas insulas adeundi eis non fiat potestas, nisi servatis iis quae pro Italiam in Americam migrantibus edicuntur, 66.

— *Itali*, Romam studiorum vel in sacris Congregationibus tirocinii exercendi causa missi, in aliquo seminario vel ecclesiastico collegio degant: nec aliter in scholis ecclesiasticis admittantur, I 260.

— a *Missione v. Fiat*.

— *Romani* in ecclesiasticis scholis non admittantur, nisi cum licentia scripta Vicariatus Urbis, I 261.

Sacerdotio: — initiari nequeunt clerici Romani vel Romae degentes, qui iv theologiae annum non expleverint, et per tres annos in seminario vel ecclesiastico collegio non deguerint, I 261: — citius initiari clerici nequeunt, II 93.

Sacerdotum mysticorum consociatio v. Mariavitarum.

Sacra menta: propositiones quae docent ea non a Iesu ipso sed ab Apostolis eorumque successoribus instituta fuisse, eaque tantum hoc spectare ut Creatoris beneficii praesentiam in mentem revocent, V 81, nec habere in Evangelii nisi exiguum germen, damnantur, 83.

Sacra menta: de eorum doctrina iudicat Congr. S. Officii, IV 149; disciplina ad Congr. de Sacramentis spectat, IV 150.

Sacramentorum (S. Congregatio de disciplina): excepta parte reservata S. Officio et exceptis caeremoniis, disciplinam curat sacramentorum, IV 150; eius competentia, 150 sq., 217 sqq.; compositio huius Congregationis, 151; maiores et minores ministri, 217; quae reservantur plenae Congregationis iudicio, 218; quae ad congressum, 219; quae mittuntur forma Brevis, et quae forma rescripti, 219 sq.; leges servandae circa dispositiones ab impedimentis matrimonii, 220 sq.

Sacrista S. Palatii apostolici cum uno vel pluribus clericis coadiutoribus Conclave ingrediatur, III 259.

Salesiana Sodalitas: — optimos in Ecclesia fructus, cooperatorum sodalium accessionem, optimum finem ab eo intentum laudat B. P., eique, quam ubique augescere optat, indulgentias omnes et privilegia confirmat, I 321: — *coadiutores* eius in Republica Aequatoriana, Limam conventuri, benevolentiae testimonium a B. P. accipiunt, III 13: — item *Praeses coadiutorum conventus Mediolanensis*, epistolam accipit qua B. P. conventum ipsum proxime habendum probat, eius studia in bonum iuvenum, populi christiani, emigrantium et infidelium, eximia laude decorat, III 132.

Salesianas moniales Annecienses, ob volumina Operum sancti Francisci Salesii edita ac B. P. oblata laudantur, II 1.

Salvatoris (Ss̄ni) de Curte paroecia abuletur, III 1.

Samassa card. Josephus, episc. Agriensis, v. *Vaszary*.

Sanatio in radice matrimonii, de competentia est Congr. de Sacramentis, IV 150.

Santarelli Ioannes Maria, Archiep. Urbinaten., epistolam accipit, qua B. P. grati et benevolentis animi sensus de variis operibus egregie confectis ei significat, IV 18, praesertim vero de peracta Urbini seminarii maioris institutione, quo aptius alumni ad sacros ordines parentur, 19.

Santaremensis praelatura Nullius instituitur in civitate Santarem, I 39, eique tribuitur territorium a dioecesi Belemensis de Para avulsum, 38, et in praelaticiam constituitur ecclesia B. M. V. Immaculatae, 39. In eaque praelatura Capitulum, 41 et seminarium instituenda erunt, 43. Ea novis limitibus circumscribitur, 389, addito territorio ex eadem dioecesi acceptum, 370.

— *Praelatus* eius, dignitate episcopali augendus, plenam ordinis et iurisdictionis potestatem exercet, I 40.

« *Santiago del Estero* » provincia civilis, in Republica Argentina, a Tucuma-

nensi dioecesi seiuncta, V 22, in novam dioecesim erigitur, ipsis civilibus limitibus circumscriptam, 23; eius civitas episcopal is in urbe homonyma et cathedra in templo pariter S. Iacobii maioris constituitur, 24; ei datur pro dote certa pecuniae summa, ad instar aliarum dioecesum Reipublicae a Gubernio civili lege adsignanda, eaque, Capitulo, 25, Seminario instruenda, archidioecesi Bonaërensi subiicitur, 26.

Sanvitores (de) Aloisius Didacus, e Societate Iesu, ad Latronum insulas Evangelium praedicatus missus, ibi ecclesiam, collegium pueris educendis instituit, et insulas ab Hispaniae regina Maria, liberalissima operis adiutrice, nuncupavit, III 205; quas et suo sanguine dicavit, 206.

Sapienti consilio (Constitutio): memoratur opus Xysti V eiusque finis; utilitas Ss. Congregationum, IV 146; confusio et inaequalitas in negotiorum partitione; postulata Episcoporum de reformatione SS. CC.; inchoationes reformationis, 147; Pontifex eam perficere cogitat et novam Curiae ordinatem decernit, 148.

Sardi Vincentius, ab epistolis Pontificis ad principes, epistolam accipit, qua B. P. probat consilium extendi documenta omnia ad definitionem dogmatis immaculati Conceptus B. Mariae, et volumen Sibi dicari annuit, I 319: - opus optime executioni mandatum ei gratulatur B. P., II 15.

Sarnari Rainerius, episc. Maceratensis, epistolam accipit, qua B. P. voluntatem Suam pandit ut aedes B. Mariae Virg., stipe collecta a Iosepho Iacoboni, magna pars exstructa perficiatur, et signum mittit eburneum S. Sebastiani Mart., ex Italia bonis incitamento, V 236, qui, stipem ad hoc collatuli, sciant se et Virginis obsequium praebituros, et ipsi B. P. in L anniversario Suo rem gratam facturos, 237.

Sarsinatensis dioecesis quasdam paroecias e dioecesi Mutilana seiunctas accipit, V 194.

Saskatchewan (de) vicarius apostolicus in Canada, aucto catholicorum numero et susceptis fidei catholicae incrementis, in dioecesim erigitur, V 135, a Principe Alberto nuncupandum, 136.

Sauli Alexander (B.), episc. Papiensis: de eius canonizatione agitur in Consistorio, II 193, ut, eius exemplo, inter christianos pastores et greges vincula magis coartentur, 211. Natus ipse Mediolani, domi et Papiae litteris et philosophia eruditus, Mediolani Barnabitarum institutum est amplexus, et sacerdos factus, concionatoris munus magno cum animarum fructu exercuit. Papiam missus, omni caritatis genere claruit, 212, philosophiam et theologiam tradidit et ab episcopo socius in visitatione apostolica et examinator sodalis est creatus. Barnabitarum moderator generalis electus, *Humilitorū* divitias respuit, ne sui ex eis detrimentum caperent, et sacrum ministerium strenue Mediolani exercuit, 213. Aleriensis in Corsica a S. Pio V episcopus renuntiatus, insulam ad misserrimas religiosas conditiones redactam appulsus, Aleriam se contulit, et dioecesim illam, dissitis et segregatis atque sordidis tuguriis maxima ex parte constantem, plerumque pedes undique invisit, 214. Balagnam provinciam, disciplinae reluctantem, quatuor annos incoluit, nullis parcens laboribus, et dein, morbo fractus, Mediolanum repetiit. Unde regressus, in oppido *Corte* biennium moratus, in Rubrorum et Nigrorum partibus sedandis totus incubuit. Dein in oppido *Cervione* sedem episcopalem instituit, 215, cathedralem, seminarium, episcopalem et canonicales aedes exstruens: et dioecesi fame laboranti et pestilentia vexatae maxima caritate opitulatus est, curationum et miraculorum gratia, nec non futurarum et occultarum rerum visione, clarus. Ad sedem Papiensem, frustra renitens, a Gregorio XIV trans-

latus, 216, christiano populo excolendo totus incubuit, canonicam visitationem, tum in urbe tum per dioecesim instituens: quibus in laboribus Calotii articolorum doloribus febrique corruptus, 217, sacramentis expiatus, et caelesti visione recreatus, spiritum reddit. Corpus eius maximis honoribus Papiam deductum est, ibique summa veneratione, ex Pauli V benigna tolerantia, cultus ei est praebitus, 219. Barnabitis tamen inconsistentibus, beatificationis causa introducta est, et virtutibus eius et miraculis probatis, 220, feliciter absoluta. Aliis duobus probatis miraculis, nempe curatione Caroli Riva, biennio iam inferiorum membrorum usu impediti, 221, et Mariae Canessae, crurum ulceribus vulneribusque afflictiae, editum est Decretum de *Tuto*, 222; et, in Consistorio Cardinalem et complurium episcoporum votis exceptis, 224, una cum beato Gerardo Maiella, Beatus noster Sanctorum honoribus decoratur, 225.

Sauvé Carolus, presbyter Sulpitanus, volumina de mystica theologia sapientissime conscripta, V 191, et mire perutilia ad christianos spiritus nova flamma fovendos, gratulatur epistola B. P., eumque hortatur ut, ad bonum cleri praesertim et laicorum, in suo opere perget, 192.

Scheda pro summi Pontificis electione: eius forma, modus plicaturee, signa, subscriptiones praebentur, III 268.

Schell Hermanni scripta v. *Commer.*

Schoepfer Franciscus Xaverius, episc. Tarbiensis, epistolam accipit qua B. P. ob liberalitatem qua Lapurdensis Virginis imaginem in Vaticano adornandam proposuit, gratias agit, I 133: - item aliam, qua B. P. ei gratulatur solemnia habita ob L anniversarium apparitionum B. M. V. Lapurdi, et gratias agit ob coniunctionem Marialium festorum cum festis Sui Iubilaei, V 339. «*Scholae cantorum*» instituendae tum in seminariis, tum apud praecipuas ecclesias, I 86.

Scholarum in Anglia defensio, vide *Bourne.*

— *christianarum a Misericordia (Sorores)* v. *Postel.*

Scholae christianis (Fratres a) v. *Fratres.*

Schüler Dionysius, minister generalis Ordinis Minorum, epistolam accipit qua B. P. Doctorem Seraphicum, alterum Scholasticorum principem, laudat probatque doctrinarum studia revirescentia in Seraphico ordine, et ob oblatam editionem Operum eiusdem Seraphici Doctoris gratias agit, I 235.

Scientia: ei fides non obsistit, I 58, V 108: - tum in moribus, tum in artibus maxima est utilitate, I 210: ea, etiam profana, a Sede Apostolica semper est promota, II 48.

— *falsi nominis*, quae sit et ad quae nam ducat, I 199; qua ratione ei est obsistendum, 202, 204.

— *rerum divinarum* docet nos animi demissionem, prudentiam spiritus, iustitiam, fortitudinem et temperantiam, II 73.

Scotia, quoad dependentiam a Ss. Congregationibus, deducitur ad ius commune, IV 153.

Scripta de religiosis vel moralibus rebus, aut de actione populari, non edantur in Italia a clericis, nisi de consensu Ordinarii, III 171.

Scriptores catholici in ea quae Religione attingunt, episcopo Romanoque Pontifici subditi, Ordinariorum censoriae subeant quae de morali christiana et naturali edunt, et in gravioribus rebus Sedis Apostolicae iudicium non praeveniant; si que se invicem caritate prosequantur, I 123, et in pauperum patrocinio caveant, ne eorum ad versionem in divites excitent, 124.

Scriptura Sacra: gradus academicus in ea a Commissione Biblica conferendi, I 177: prolytatus nempe tantum sacerdotibus qui theologiae lauream sint adepti; doctoratus autem tantum iis qui ab anno saltem prolytatum consecuti sint, 178: - eius vulgatio in

populos probatur, 262: - item laudantur commentaria a Ludovico Carolo Fillion edita, 304: - eius scientiae quam maxime nostris temporibus necessariae, in seminariis omnibus traditio praecipitur, quae comprehendat notiones de inspiratione, canonem, III 72, textum primigenium et versiones praecipuas, leges hermeneuticas, historiam testamenti utriusque, ac singulorum librorum analysis et exegesim, aut saltem introductiones in eosdem. Ea distribuatur per totidem annos quot sacris dantur disciplinis: quoad testamentum vetus agatur de historia Hebraeorum, de lege Moysi, ac de vaticiniis potioribus, et intelligentia psalmorum detur alumni, 73; quoad novum tradantur singulorum Evangeliorum propriae notae, complexus doctrinae evangelicae et epistolarum S. Pauli; qui aliis praestent alumni, hebraico sermone, graeco biblico et aliis orientalibus linguis erudiantur, 74; seminaria quae gradus academicos conferendi iure gaudent, preelectio-nes praebent de biblica archeologia, vel geographia, vel chronologia, etc., delectique alumni ad gradus biblicos parandi erunt, semper tamen Traditioni Ecclesiae inhaerendo, a qua ne minime quidem discedere licet, 75. Disciplinae biblicae periculum ab omnibus subeundum, tum ad promotionem ex una in alteram classem et ad sacram ordinationem, tum una cum experimento de lingua hebraica vel graeco biblico ad gradus academicos theologiae assequendos. In quovis seminario modica bibliotheca conficiatur, quae divinarum Litterarum studiosis pateat, 76: - in ea interpretanda, multi temporibus nostris serpentes errores damnantur, V 76, tum de ratione exegetarum et modernae critices ad Ecclesiam, de veritate interpretationis ab Ecclesia tradita, 77, de auctore et inspiratione divina, de parabolis et historiis Evangelicis, et de Evangeliorum praecipue Ioannis,

scriptione et veritate, 78, tum de revelationis conceptu, de dogmatibus assensu praebendo, de Iesu divinitate, 79, missione, scientia, 80, resurrectione, et redemptione, de institutione et valore singulorum sacramentorum, 81, de constitutione Ecclesiae et Romano primatu, et de veritatis conceptu, de primitivae Ecclesiae doctrina, 83, et de nova constitutione christiana Ecclesiae danda, 84; - sententiae Pontificalis Consilii rei biblicae provehendae praepositi, universos obstringunt conscientiae officio, perinde ac Decreta Ss. Congregationum ad doctrinam pertinentia atque a Pontifice probata, IV 234 sq.

Scrutatores in electione Summi Pontificis sorte extrahantur, III 272; stant penes altare quando deferuntur et in calicem immittuntur schedulae, 276; publicant scrutinium, suffragia adnotantes in folio, 278: finito scrutinio numerant suffragia, electi schedulam aperiunt, si opus sit, et post schedularum recognitionem, eas comburunt, 280; - primus Scrutator schedules permiscet, et ad publicationem primus accipit, et, nomine viso, alteri Scrutatori tradit, qui pariter tertio dat: is clara voce legit, 278; - ultimus Scrutator insuper infirmorum in capella adstantium schedules accipit et in calicem immittit, 276, schedules numerat, 277, publicatas statim colligit, cautius conservandas, et in calicem vacuum seorsum ponit, 279.

Scrutinium pro Summi Pontificis electione tres complectitur partes, nempe *antescrutinium*, *scrutinium proprium* et *postscrutinium*. *Antescrutinium* comprehendit schedularum praeparationem et distributionem caeremoniarum magistris concreditas, III 268, Scrutatorum, Deputatorum pro votis Infirmorum, et Recognitorum extractio, quae fit ab ultimo Cardinali Diacono: schedularum scriptionem ab unoquoque Cardinali iuxta peculiares

regulas faciendam, quae complectitur nomen electoris, nomen electi, et signum, 272; schedularum complicacionem a caeremoniarum magistris paratam, 274, et ab ipsis Cardinalibus perfectam; item ohsignationem sigillo peculiari et facile agnosibili, 275. *Scrutinium proprium* item comprehendit delationem schedulae ad altare, 276, iuramentum de eligendo digniore et immissionem schedulae in calicem, per ipsos Cardinales, si valeant, complendam, secus ab ultimo Scrutatore, si Cardinalis sit in capella, vel ab Infirmariis, si agatur de iis qui in cellis degunt, premisso tamen horum iuramento, 276; schedularum immixtionem, calice pluriis a Scrutatoribus agitato; numerationem palam ab ultimo Scrutatore faciendam, 277; scrutinii publicacionem item faciendam a tribus Scrutatoribus, in folio etiam notantibus suffragia, 278; schedularum stamine collectionem ab ultimo Scrutatore, eorumque depositionem in calice vacuo. *Postscrutinium* complectitur numerationem suffragiorum a Scrutatoribus factam, aperta, si opus fuerit, electi schedula, ad videndum utrum duea tertiae partes suffragiorum, proprio addito voto, confectae sint, 279; recognitionem a Recognitoribus facienda inter schedulas et folium in quo suffragia antea annotata fuerant; et combustionem, statim post recognitionem faciendam, a Scrutatoribus, adiuvantibus magistris caeremoniarum, 280.

- *Scrutinium* tum mane, tum vespere, nisi Papa electus fuerit, bis fieri potest, sed novi non eliguntur Scrutatores, Infirmarii et Recognitores, et iuramentum non emittitur, 281.

Seattlensis dioecesis nominatur quae antea erat *Nesquallensis*, V 111.

Sebastiani (S.) Fluminis Ianuarii archidioecesis amittit iura in dioeceses Belemensem de Parà, Mariannensem, III 105, et S. Pauli in Brasilia, in metropolitanas erectas, V 253, et in dioe-

cesim Curitybensem novae archidioecesi S. Pauli obnoxiam, 260.

Secretaria: — *Brevium ad Principes*: eius munia integra manent, post Const. *Sapienti consilio*, IV 159, 230. — *epistolarum latinarum*: munia omnia retinet, etiam post Const. *Sapienti consilio*, IV 159, 230.

— *Status*: episorum eligendorum, dioceos constituenda vel dividenda extra Italiam documenta excipit, positionem conficit et Congr. Consistoriali subiicit IV 149; eius partitio et officiales, 158 sq.; munia ut antea retinet, etiam post Constit. *Sapienti consilio*; curam habet Apostolicorum Brevium, 230.

Secretarii Brerium munus cessat vacante Sede Apostolica, III 249.

Secretarii Status munus cessat vacante Sede apostolica, et exercetur a Praelato S. Collegii Secretario, III 249.

Secretarius S. Collegii, vel, eo Officio vacante, alius a S. Collegio electus, Sede apostolica item vacante, munus exercet Cardinalis Secretarii Status, III 249; et Conclave ingrediatur, 259, postquam iuramentum coram Cardinali Camerario emiserit; eique munus concredi potest recipiendi iuramentum aliorum Conclavistarum, 260.

Sectae pravae christianum nomen se in Gallia deleturas iactantes improbanter, III 38.

Sede Apostolica vacante, quae sit potestas S. Collegii, III 141, quae Officia cessent et quae maneat, 247, quibus facultatibus polleant Romanae Congregationes, 251; quae normae servari debent a Cardinalibus praesentibus temporum adiunctis, 307.

Seminaria ab episcopis cordi habenda, I 9: in eis musicae sacrae studium quomodo sit prosequendum, 86: quae et quanta sit eorum utilitas, 258, II 93: de eorum multitudine in Urbe gaudet B. P., I 258: omnes clerici Romae studiis operam dantes, etiam sacerdotes ex Italiae dioecesis missi, in eis degere debent, 260, et illi qui-

dem per tres annos si velint sacerdotio initiari, 261: in eis usus frequentis imo quotidianaee Communioonis propagetur, II 255: prohibetur ne alumni recipiantur qui ab alio seminario expulsi fuerint, 259, et alumni bona fide admissi, qui deinde cognoscantur ab alieno seminario expulsi, dimittantur, 259: item alumni ne admittantur, a religiosis institutis dismisi, nisi exquisito prius a moderatoribus, an nihil in eis minus sacerdotali statui conveniat, 259; - eorum regimen ad Congr. Consistorialem spectat, IV 150.

— *italica*: eorum disciplinae invigilent episcopi: seminaria philosophiae et theologiae ab aliis separentur, III 166, eaque omnia clero tantum instituendo inserviant: alumni universitates studiorum publicas ne adeant sine venia episcopi, ne externis rebus distrahantur, ne diaria aliasque ephemerides legant, ne spiritus directoris auxilio destituantur, 167: scholarum cursus comprehendat gymnasium, lyceum, et theologiam, et in duobus primis ratio studiorum eadem adhibeat, quae in civilibus athenaeis habetur, V 43, quaeque probatur: theologiae tamen praeponatur annus Propaedeuticae, super quo tamen facile dispensari poterit, si in lyceo aequa theologiae praeparatio non defuerit, 44, v. *Studiorum cursus*.
Seminarium Romanum: ad gratuitam in eo institutionem non admittantur lyceo studentes, nisi theologiae auditores desint, etiam si hi non oriundi sed tantum domiciliati sint in Urbe, I 259.

Sempronii Montis cuniculum sacris precibus litatum fuisse gaudet B. P., II 86.

Separatio Ecclesiae a Republica v. Civitatis.

— *lex* in Gallia damnatur, III 35, 47.

Sepulchro (Ordo a S.) v. Camassei.

Shire (de) in Africa centrali praefectura apostolica, Societati Mariae a B. Ludo-

vico de Monfort fundatae commissa, magnis aucta incrementis, in vicarium apostolicum erigitur, IV 220.

Signatura Apostolica: restituitur reformata, IV 157; constitutio, 174; officiales et consultores, competentia, 175; tempus utile et vis recursus; causae introductio; forma processus; convocatio promotoris institiae et defensoris vinculi; usus regularum Rotae et iuris communis, 176 sq.; expensae iudiciales, 182.

Silva-Ramos (de) Ludovicus Maria decanus, ceterique doctores decuriales theologiae tradendae in universitate studiorum Conimbricensi, epistolam accipiunt, qua B. P. ob communas epistolulas, gratulandi causa ad Se missas et obsequium summo fidei Magistro praeferentes, grati animi sensus pandit, V 295.

Sinarum: — *imperator*, ob rescriptas litteras et oblatum munus a B. P. gratias accipit, II 109.

— *imperatrici*; de Catholica religione bene meritae, LXX aetatis annum proxime initurae gratulatur B. P., et fausta quaeque adprecatur, I 306.

Sipontina archidioecesis, paroeciam Zapponeta ab archidioecesi Tranensi et Barolensi recipit, I 397.

Sixtinum sacellum in Vaticano, ab Ernesto Steinmann illustratum, gaudet B. P., I 268, III 7.

Sixtinum sacrarium in Basilica Liberiana a iurisdictione Cardinalis prefecti aedium pontificalium aut antistitis Diaetarchi eximitur, et Archipresbytero et Capitulo Liberiano sub certis clausulis conceditur, I 97.

Socialismus oppugnari optime potest exercitiis spiritualibus laicorum, I 409.

Societas v. Consociationes.

— *dilatandae per foederatas Americae civitates Ecclesiae Catholicae laudatur*, V 52, S. Philippo Neri, uti patrono, commendatur, 53, et indulgentiis datur, 54, v. *Quingley*.

— *captivitati abolendae*, vide *Captivitati*.

- *puellis tutandis* v. *Consociatio*.
- Societas Iesu*: — ei perpetuo concreditur collegium Pium-Latinum-Americanum II 61: — privilegium non subiiciendi ordinandos curiae Vicariatus Urbis examinandos amittit, II 150: — de civitate et religione optime merita in Canadensis regionis primordiis laudatur, V 199; v. *Gradecius*, *Medina*, *Pon-gracius*, *Sanvitores*.
- Societibus quibusvis* in Italia non inscribantur sacerdotes, nisi de venia Ordinarii, III 172.
- « *Société de secours mutuels pour la propagation du plain-chant* » in dioecesi Lugdunensi constituta, laudatur et probatur, I 240.
- Sodalitas a S. Hieronymo*, Evangeliorum libris vulgandis, a B. P. laudatur, IV 23, v. *Cassetta*.
- Sodalitates* pendent a Congr. Concilii, IV 151.
- Soiron Catharina* (B.), Compendiensis monasterii ianuae custodienda addicta, lacrimis ab antistita obtinuit, ut ab ipsa in fidei confessione non disiungeretur, III 114, v. *Carmelitides Compendienses*.
- Soiron Teresia* (B.), humili loco nata, et ob venustatem in aulam regiam accita, eo ire detrectavit, et in Compendiensi monasterio recepta, humilibus se mancipavit officiis, III 114, v. *Carmelitides Compendienses*.
- Solemnem a S. Caecilia monasterium* laudatur ob observantiam in summum Pontificem, cuius pignus Missale per pulchrum ad B. P. obtulerat, I 255.
- Solemnis Congregatio* O. S. B., a B. P. munus accipit melodias liturgicas Gregorianas ad pristinam traditionem restituendi, I 243: ob promptitudinem qua oblatum opus suscepit, 285, nec non ob praeterita in cantus Gregorianos studia laudatur, 284.
- Sonnois Stephanus Maria*, archiep. Cameracensis, epistolam accipit, qua B. P. eum laudat ob epistolam pastoralem qua sui populi liberalitatem promovet in magnum Lyceum Insulense; uber-

rimos fructus Ecclesiae et civitati ab hoc habitos commemorat, et Gallorum populum universum hortatur ut invitationi abunde respondeat, II 11.

Sorores a sacratissimo Corde Iesu v. *Barat*.

Spes dogmate immaculatae Conceptio-nis erigitur, I 160.

Spinola y Maestre Marcellus, archiep. Hispalensis, epistolam accipit, qua B. P. eum laudat ob editam hortationem ad plebem suam ut foederatis catholicis sodalitatibus dent operam, II 146, quibus, nulla habita ratione opinio-num politicarum, sola catholica professio attendatur, eumque mentem Suam rite interpretatum dicit; laudat etiam Societatem vulgo « Buena Prensa », 147, et maximos fructus ex hisce consociationibus profuturos confidit, 148.

Sponsalia a die Paschatis anni 1909 ea tantum sunt valida, quae contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et, vel a parocho aut loci Ordinario, vel a duobus testibus, IV 42.

Stanbrook (ad) S. Mariae coenobium Congregationis Anglo-Benedictinae, indulgentiae de Portiuncula privilegio ditatur, II 169.

Stanley Falls (de) praefectura apostolica, Instituto Presbyterorum a S. Corde Iesu concredata, in vicariatum apostolicum erigitur, V 186.

Status Foederati Americae, quoad dependentiam a Ss. Congregationibus, deducuntur ad ius commune, IV 153.

Stephana Ioanna a S. Francisco Xaverio (B.), in saeculo Elisabeth Verolot, religiosae vitae studiosissima, III 113, v. *Carmelitides Compendienses*.

Studiorum: — *curriculum* in seminariis Italiæ comprehendat gymnasium, lycéum et theologiam: normae disciplinaires dantur pro admissione alumnorum singulis cursus partibus, pro duratione singularum, pro religiosae doctrinae traditione in gymnasio et lyceo, pro anno theologiae propae-

deutio, V 46, pro disciplinis in philosophia tradenda, et pro generali studiorum regimine, 47, atque adiunguntur schemata distributionis singularium horarum per annos propadeuticae et theologiae, 49, et computus horarum quae in eo schemate singulis horis tradendis assignantur, 50.

— *praefectus* in singulis habeatur seminariis, ab episcopo eligatur, et dies horasque singulis tradendis disciplinis disponat, ita ut, quoad fieri potest, latino sermoni et philosophiae longius tempus impendatur, V 47.

